

Heinrich Heisen

Disquisitio Philologico-Critica de Pauli Apostoli ad Coloss. III. 11. Barbaro & Scytha

Bremae: Jani, [1740]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn845302744>

Druck Freier  Zugang





1106 a. B.
48. b. 8.

19.

Ja-1092 (19.)

2.

3.

4.

5.

6.

7.


8.

9.

10.

11.

12.



10.

Disquisitio Philologico-Critica

de
Pauli Apostoli
ad Coloss. III. II.

B A R B A R O

&

SCYTHA,

Qua ad
Orationem Eucharistiæ Sacræ præviam
de

Naziræis Vet. Testamenti

à

Nobiliss. Ornatiss. atque Eruditissimo
JOHANNE FRIDERICO WINTER,

S. S. Theol. & Philol. Studioso industrio,

ad d. Sabbati,

qui incidit in XVIII. Junii, Anni MDCCXL.

*hora matutina IX. solemniter
habendam*

eâ, qua par est, observantiâ & humanitate

invitat

HENR. HEISEN,

Professor. Eloquent. Publ. Ord. Bibliothecar. Reipubl.
& Pædagogiarcha.

BREMÆ, Typis Viduæ B. Herm. Christoph. Jani, Illustr. Gymnasii
quondam Typographi.



§. I.

Barbari & Scythæ, quæ Coloff. III. II. legitur, distin-
ctio dicam, an oppositio? altioris est indagine, ^{Institutum}
& maxima ingenia exercuit. Faciamus pericu- ^{ordo.}
lum & nos, an paululum ei lucis adspargere que-
amus. In magnis vel fat est voluisse. Eum ve-
rò tenebimus ordinem, ut de barbaris ac Scythis,
sed antiquioribus tantum, qui infra Pauli non fuerunt æ-
tatem, generalia quædam præmittamus; & ad ea dein-
ceps, tanquam ad normam, cum aliorum, tum nostram
exigamus sententiam.

§. II. Vox *barbarus* incertæ est originis. Cassiodo- ^{T^o Βάρβα}
rus, si verus est Mart. Ant. Delrio in Senec. Med. p. 27. ^{Βαρβος}
conflatam censuit ex *barba* & *rus*, quòd, qui *rure* degunt, ^{varia}
hispidam *barbam* habere soleant. Risum teneatis, Amici,
Perottum quoque à *barba* derivasse, auctor est Becmannus,
sed iudice Vossio in Etymolog. malæ fidei suspectus. Leo
Africanus in de Africa Commentariis docet, Arabibus *bar-
bar* significare *murmuro*, indeque Africæ quendam partem
ab Arabibus nuncupatam Barbariam, quòd incolæ ejus
Arabibus non tam loqui, quàm inconditum quid *murmura-
re* visi fuerint, sermòque illorum ad belluarum sonum ac-
cedere propiùs. Hanc igitur vocem, ut laudatus adjun-
git Vossius, ab Arabibus hauserunt Græci. Testatur idem,
Jul. Cæs. Scaligerum, sicut alia multa Leonis, ita dictam
origi-

A

2

❁ ❁ ❁

originationem in Exercitationes suas transtulisse. Hæc
 verò nonnihil in Vossio candoris & æquitatis desidero.
 Affert eam Scaliger, sed præfert, quam statim subjungit,
 ex sui putem ingenii opibus, aliam. Loquatur ipse Exer-
 cit. LI. p. 185. s. f. *Inter subtilitates tuas (Cardane) cum eam Bar-*
bariam voces, reddendam tibi censeo rationem. Soli namque Numi-
da legitima voce Arabica El barbar, quod apud eos murmur signifi-
cat, nominantur. Quippe hoc est eis objectum ab Arabibus, pro-
pterea quòd utantur inculto sono. Quaquam equidem à desertis ita
dictos reor. Bar enim Arabicè desertum. Arabes verò, quorum
inepto ingenio atque sinistra locutione patriæ lingue delicia vitium
conceperunt; non Barbar, sed Musteh geme, id est, quod ajunt
Græci, ὁ Μυσθηγεμῆς, nos depravatos. Se ipsos autem Amani.
Contra eorum nationem regionemve Afri Baraaru, id est noxa, vel
malitia festinans. Priorem sententiam, quâ barbarus dedu-
citur à barbar, cum Bocharto Hieroz. Parc. II. lib. II. cap.
XIX. p. m. 131. multi amplectuntur. Non pauciores poste-
riorem à bar. Th. Hæsius Bibl. Brem. Class. V. p. 273.
Th. Bangertum, inquit, Obs. phil. p. 1396. sqq. consuluisse ante
alios non penitebit. Is enim omnium optimè, meo quidem judicio,
rem tetigisse videtur, quando vocem nostram (barbarus) à בר &
בור, quæ apud Chaldeos, Rabbinos, Syros, Persas, Arabes no-
tionem rei aut loci alieni, peregrini, inculti, deserti, horridi ha-
bent, derivandam censet. Conferrèque jubet in subdita nota,
quæ Buxtorfius Lex. Talm. in Rad. בר & ברא, בר hue
facientia adducit. Ergo secundùm hos barbarus, si minùs
barba rustica, rustico tamen ipsi sua debet incunabula. Enim-
vero בר, sylvestris, bardus, rudis, incivilis, quid aliud est,
quàm Germanicum Bur, Baur? Sed joculari te, Musa san-
ctior, veto. Conciliari ex facili per affinitatem tuam u-
traque sententia potest. Bar desertum est, ager incultus,
imo quivis. In desertis & agris sunt aves, bestię, rustici.
Horum verò est barbar. Murmurant, sive inarticulatos
edunt sonos, vocésque parum conditas. Horret, non se-
cus ac de ertum, barbarorum lingua. בר, simplicissima
paucissimisque literis constans vox, videtur prima & com-
munis



munis omnium, quæ heic in censum veniunt, radix esse, fudifféque & Arabicas barbar, barbara. Imo quid barbar aliud, quàm geminatum exhibet bar? Ad solam primam Chaldaici bar significationem extra, foras rē βαίρβαρος refert ortum Vossius de Vitiis Sermonis lib. I. cap. I. quod primò & præcipuè non rustici, hirta ac rancida proferentes, sed extranei & peregrini dicti sunt barbari. Ita est, ut liquebit ex sequentibus.

§ III. Vitringæ Lib. I. Obs. S. cap. IX. §. XVI. p. derivatis.
 120. à כּלכל confondere, commiscere descendit, & dicitur βαίρ-
 βαρος pro βάλβαρος. Levem enim & frequentem literæ λ
 in g esse mutationem, & βαίρβαρον illum haberi, qui ei, à
 quo non intelligitur, confundere voces, balbutire, nec lo-
 qui articulatim videtur. Fors balbus & balbutire ex hoc quo-
 כּלכל surgunt, licèt aliam non unam derivationem Vossi-
 us Etymolog. p. 72. afferat. Sequitur Vitringam, ejús-
 que argumenta & verba expromit Biblioth. Antiq Exeg,
 p. 763. 199. Cl. Zornius. Porro Doctiss. Jo. Joach. Schrœ-
 derus Dissert. quam Thesauro suo Armenico præmisit, vo-
 cem Armenicæ esse originis arbitratur, quâ videlicet lin-
 guâ sonum, sermonem vel dialectum notet. Excitavit jam
 hunc Jo. Chr. Wolfius in Curis ad 1. Cor. XIV. II. p. 515.
 Fortassis in Ægyptiorum quoque aliquid est lingua, quod
 huc traxeris. Conjicere erit ex prodituro mox Herodo-
 to. Denique Strabo Lib. XIV. pp. 759, 760. autor est,
 ipsos nomen Græcos confinxisse. Arbitror, scribit, το
 βαίρβαρον ab initio ἐκπεφωνῆσαι ἕτως κατ' ἰνοματοποιῶν, expres-
 sum ita esse per nominis fictionem in eos, qui difficulter, duriter &
 asperè loquebantur. — Sumus enim ad hoc ingeniosissimi, ut
 similes voces similibus efferamus. — Cùm ergo omnes, qui
 crasso ore loquebantur, sic apellarentur barbari, existimatum est,
 alienigenarum ora esse talia, eorum, inquam, qui non essent Græci.
 Hos igitur initio vocaverunt barbaros, tanquam diductionem aspe-
 ritatémque oris exprobrantes. — — — — — Alia porro in no-
 stra lingua crassities, vitiúmque quasi barbaries oris extitit:
 cùm quis, Græcum sermonem affectans, perfectam ejus pronuntiatio-

24
2
2
2
2
11
29
3
13
14
13



nem non attingit, sed ita voces effert, ut barbari, quando ad Græcæ linguæ usum introducuntur, neque possunt perfecte vocabula exprimere; quod & nobis in aliorum idiomatibus usu venit. Concinat Etymol Magn. p. 188. Nimirum, qui necdum perfectam sibi peregrinæ linguæ notitiam, ejusque pronuntiandæ facilitatem ac promptitudinem comparârunt, proclives sunt, quoties eâ loquuntur, ad hæsitandum, intérque hæsitandum consueverunt sonum *bar*, aut alium certè admodum affinem, crebrò immiscere, vel saltem videntur audientibus, quibus eadem lingua est patria, infinitis hoc vicibus facere, & omnia propemodum ad similitudinem τῶν *bar bar* efferre. Hinc igitur Græcis, genti, si qua alia, rotundi oris, & ad nominum fictiones ingeniosissimæ, subnasci an-
sa potuit, suos extraneos, suâ pingui-ter utentes linguâ, per sibilum *barbar*, sive βαρβαροῦς vocitandi.

Primum
denotavit
hominem
peregrina
& ignota
lingua.

§. IV. Hoc indubium est, linguam, non mores, primum τῆς βαρβαροῦς usum invexisse. Rectè Stephanus de Urb. p. m. 153. & ex eo Salmasius ad Solinum p. 561. col. a. E. Antiquis Græcis τὸ βαρβαρον ἐν τῷ φωνῆς tantum sumebatur, non ἐν τῷ ἔθνε. Omnes terrarum populi præter se solos sola hac ex causa primis Græcis erant barbari, quòd vernaculam aliam, quàm Græcam, haberent linguam, Græcèque loquerentur perperam, ut à Græcis vel non intelligerentur, vel intellecti utcunque cum nausea audirentur atque ludibrio. Ipsum τὸ βαρβαρος Homerus nunquam usurpat. Rationem dat Thucydides lib. I. p. 3. aliam, aliam Strabo l. c. collat. lib. VIII. p. 425. utramque autem repetit Eustathius in Iliad. B. pp. 367, 368. βαρβαροφωνοί tamen ei sunt Cares Iliad. B. sub fin. Ergo φωνή, vox, lingua Homeri atate fecit barbarum. Omnium verò primum linguæ vitium, crassitudo, balbuties. Paulò post etiam peregrinitas, sive diversa à Græco sermonis forma. Dixit jam §. præced. Strabo. Sed nunc pergat: Deinde (τῆς βαρβαροῦς) tanquam communi quodam gentili nomine κατεχρησάμεθα, abusi sumus, in nationum divisione barbaros Græcis opposentes. Multa enim consuetudo & commercia cum barbaris effecerunt, ut jam non ob oris crassi-



27

2

2

21

2

2

11

29

3

14

14

13

crassitiem, aut vitium aliquod instrumentorum, voci servientium, barbari conferentur, sed ob sermonis peculiarem formam, quas dialectos appellamus. Atque hæc significatio ad Paulum, quin diutiùs, perduravit. Ipse disertè utitur 1. Cor. XIV. 11. Nisi scivero vim vocis, ero loquenti βαρβαρος, & loquens apud me erit βαρβαρος, hoc est, neuter alterum intelliget. Et notissimus est Ovidius lib. V. Trist. Eleg. X. v. 37.

Barbarus hîc ego sum, quia non intelligor ulli,
Et rident stolidi verba Latina Getæ.

Ab Ægyptiis verò, ut plurima alia, Græci videntur mutuati. Herodotus lib. II. p. 152. cap. CLVIII. fin. Βαρβαρος δὲ πάντας οἱ Ἀιγύπτιοι καλεῖσι τὴν ἐν ἑαυτοῖς ὁμογλώσσους. Barbaros autem omnes Ægyptii vocant, qui non ipsorum linguâ loquuntur.

§. V. Sat tamen citò ad *animum & mores* vox transit, & quia Græci, ac cumprimis Athenienses, ingenio, doctrinâ, sapientiâ, honestate, humanitate atque elegantia reliquis gentibus videri volebant antecellere, & antecellebant reapse, (a) in *stupidi* se barbarus, asperi, inficeti, improbi atque *turculenti* induit significatum. Plautus Bacch. Act. I. Sc. II. v. 13. Nimum quam, ὁ Lyde, es barbarus. Quem ego sapere nimio censui plus, quàm Thalem, is stultior es barbaro Potitio. Cicero pro Marcell. cap. III. Domuisti gentes immanitate barbaras. (b) Neque verò posterior hæc significatio priorem statim antiquavit. Negavi jam superiore §. Utramque conjungit Æschines in Demosth. Opp. p. 456. B. Τὰ δὲ ἀπὸ τῆς μητρὸς, Σκυθῆς, βαρβαρος ἑλληνίζων τῇ Φωνῇ, ἴδεν καὶ τὴν πονηρίαν ἐκ ἐπιχαιρῶς ἐστὶ. Quod maternum ejus genus attinget, Scythæ est, barbarus Græcorum sermonem imitans, unde etiam improbitate nostram regionem non refert. Et ipse Demosthenes p. 973. Ἡμεῖς δ' ἴσως αὐτὸν ὑπεκρίνατε, ὅτι σοδομίζει τῇ Φωνῇ, βαρβαρον καὶ ἐνκαταφρόνητον εἶναι. Ἐστὶ δὲ βαρβαρος ἕτος τῶ μισθῷ, εὖς αὐτῷ προσήκε τιμῶν, κ. κ. Vos autem eum, quod genere sermonis insolentiore utitur, barbarum fortassis & hominem despici-

A 3 lem

(a) Dionys. Halicarn. Ant. Rom. lib. I. sub fir. (b) Add. idem Epist. I. ad Quintum fratrem p. m. 474. Livius lib. XXXI. p. 378. l. 10. Postter. Maccab. V. 22. Barthii Adversar. p. 1608.



lem putatis. Sed verò est barbarus per id, quòd odio illos prosequitur, quos colere debebat. Patet ex his, crimini plerumque & probro datam barbari fuisse appellationem, licèt sequiori ævo, de quo non agimus, honori ducta aliquando, ipsisque Romanis prælati sint barbari. Apud Livium certè lib. XXXI. p. 376. l. 45. accusatur Macedoniae rex, Philippus, quòd Romanos *alienigenas & barbaros* vocet.

Præcipui
Græcorum
barbari.

§. VI. Citiùs potiùsque barbarorum apud Græcos nomine aliis alii veniunt populi. Causa non alia est, quàm quòd citiùs potiùsque iis innotuerunt. Primi, quantum constat, Græcis dicti barbari sunt *Cares*. Nam primi, quantum pariter constat, Græcorum mercenarii milites fuerunt. Hi igitur necesse habebant, Græcum sermonem, quem aliæ gentes, parcissimè vetustissimis temporibus Græciam adcentes, negligebant, familiarem eatenus sibi reddere, ut intelligere Græcos, & à Græcis intelligi vicissim possent. Crassius eum atque impeditiùs, ut conjicere in promptu est, quàm nati efferebant Græci. Hinc ergo barbari. Easdem postmodum insulas, & eadem denique Asiae loca cum Græcis *Cares* infederunt. At cum ne sic quidem castè venustèque Græciffarent, jactum in eos barbarorum scomma inolevit (c) *Caras* exceperunt *Phryges*, quos in barbaris eximios fecit decantatissimum illud Græcorum cum Trojanis bellum. *Phrygia* minor *Troja* sive *Troas* est. Successere his *Lydi*. *Candaules*, *Gyges* & præcipue *Cræsus* notissimi Græcis *Lydorum* fuerunt reges ipsique apud eos *Lydi* tam partim ob divitias, splendorem, liberalitatem & equitatus robur celebrati, partim ob luxum, mollitiem, superstitionem, imò malitiam infames, (d) ut non potuerint non inter barbaros præcipui nominis eos referre. Secuti quartò sunt *Persæ*, quorum res quàm involutæ Græcorum rebus ducentos, & quod excedit,

(c) Strabo lib. XIV. p. 760. Eustathius in *Iliad*. Βῆτα pp. 367. 368. Herodotus lib. VIII. cap. CXXXV. (d) Erasmi *Adag.* p. 614. num. XXXVII. XXXVIII.



excedit, fuerint annos, vel leviter historiarum tincti cognitione compertum habent. Post hos quatuor multo sibi usu propius cognitos, & longè frequentius nominandos, quàm ceteros, insignite dicunt ducuntque barbaros *Syros, Cappadocas, Ponticos, Lycios, Bithynos*, aliósque Asiæ minoris populos. Ratio iterum eadem est. Sed & alia §§. XI. XII, sequetur. De cetero omnes indiscriminatim gentes barbarorum numero locoque habent. *Indi, Celta & Ægyptii* junctim barbari sunt Æliano Var. Hist. lib. II. cap. XXXI.

§. VII. Romani etiam barbaris initio adscripti sunt, quin adscripserunt, imitando Græcorum styllum, se ipsos. Paulus Captiv. Act. III. Sc. I. v. 32. *Barbarica* (id est Romana) lege certum est jus meum omne persequi. Vide notas ad h. l. & ad Menæchm. Act. II. Sc. I. v. II. Idem Trinummi. Prolog. v. 19. *Plautus vertit barbarè*. Existimat Vossius Etymol. quod ex *Phrygibus*, κατ' ἰζοχὰν barbaris, oriundi fuerint. Sed potiùs, quòd extranei ac non Græci, etsi Græcorum magis, si Dionysium Halicarnass. lib. I. Ant. Rom. p. 75. l. 30. sqq. audimus, quàm Phrygum propago. Deinceps verò, æmulati Græcos, cum his soli haberi non-barbari voluerunt, totùmque terrarum orbem in Romanum dispescuerunt & *barbaricum*. (d) Hebræi se aliquando barbaris annumerasse, aliquando & barbaris & Græcis videntur exemisse. Certè à Græcis non exempti barbaris sunt. (e)

Romani & Hebræi quatenus barbari.

§. VIII. Sæpe, qui magis barbari sunt, barbari audiunt simpliciter & præcisè, hocque nomine illis, qui sunt minùs, opponuntur. Pœni & Celtiberi erant barbari utriusque. Sed Livius lib. XXVIII. sub init. *Compertum est, binna castra circa viam esse, leva Celtiberos, dextra Punica tenere castra. Ea tuta & firma, illa altera soluta neglectaque, ut barbarorum*

Qui magis barbari, audiunt barbari simpliciter.


(d) Strabo lib. IV. p. 263. l. 6. Casaubonus ad Æl. Lamprid. pp. m. 174, 175. (e) Relandus & Th. Haseus Bibl. Brem. Class. V. pp. 254. & 274.



torum & tyronum &c. Tritissimum hoc ipsum in plurimis est aliis. Athenienses, Lacedæmonii, ceterique, qui Græciam veterem, propriam & liberam incolebant, Macedonibus oppositi, Illyriis & multis aliis, Græci ἀπλῶς non infrequenter nuncupantur. Nam Græci erant ἐξόχως, quamlibet & alteri ad Græciam latius acceptam pertinerent.

Barbari
& Europæi
& Asiatici,

§. IX. Celebris barbarorum divisio est in Europæos & Asiaticos. Illi Græcis ipsis, quorum natale solum fuit Europa, hi colonis in Asia Græcorum opponuntur. Minoris Asiæ colonix Græcæ erant, & præcipuas duodecim urbes enumerat Ælianus Var. Hist. lib. VIII. cap. V. At coloni audiunt Asiatici Græci simpliciter. Lycurgus p. m. 153. l. 15. Ὅς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντες Ἑλληνες. *Asiam inhabitantes Græci.* Est enim Asia Minor Asia sæpe ἀπλῶς. Hinc paradoxa illa; *Asiam esse in Græcia, Asiaticos omnes Græco sermone uti &c.* Videatur de his Manutius in Ciceronem ad Atticum pp. m. 24, 130. & ad Quintum Fratrem p. 476. & alibi. Notum est barbaros Asiaticos & Europæos idoneis munire testibus. Habes utrosque apud Ælianus Var. Hist. Lib. VIII. cap. VI. Πάντες δὲ τὴν Ἑυρώπην ἐνοικοῦντες βάρβαροι. Ὅς δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, κ. λ. *Omnes Europam inhabitantes barbari. Asiatici verò.* Pariter apud Synesium de Regno p. 17. init. *Illi arcebant ἕτε τὰς Ἀσιανὸς, ἕτε τὰς Ἑυρωπαϊκὰς βάρβαρους, neque Asiaticos neque Europæos barbaros.* Thucydides lib. I. p. 5. C. Ἐτι δὲ καὶ ἐν τοῖς βάρβαροις ἔστιν οἷς νῦν, καὶ μάλιστα τοῖς Ἀσιανοῖς. *Quin etiam apud nonnullos barbaros, præcipue verò Asiaticos.* Plato Cratyl. p. 281. D. Πολλὰ οἱ Ἕλληνες ὀνόματα, ἀπλῶς τε καὶ ὑπὸ τοῖς βάρβαροις οἰκῶντες, παρὰ τῶν βάρβαρων ἐλήφασιν. *Multa Græci nomina, præsertim ii, qui sub barbaris habitant, à barbaris acceperunt.* Barbari intelliguntur Asiatici. Nam sequitur statim: *Vide nomen hoc πῦρ ἢ βαρβαρικόν, barbaricum sit.* Neque enim facile est, Græcæ id lingue accommodare, constatque ita hoc Phryges nominare. Phryges ad Asiam Minorem spectârunt. Lysias p. m. 194. l. 36. Γησιῶν καὶ αὐτόχθονα τοῖς ἐν Ἀσίᾳ βάρβαροις τὴν αὐτῶν ἀρετὴν ἐπεδείξαντο. *Virtutem*



tutem suam minime adulteratam et patriam Asiaticis barbaris demonstrarunt. Europæos soli nunc dabunt Isocrates Orat. ad Philipp. p. 268. init. Ὅυχ' ἵνα τοῖς βαρβάροις μόνον, τοῖς ἐπὶ τῆς Ἑυρώπης κατοικῶσι, πολεμῶν, κ. λ. Non ut cum barbaris solam Europæis bellum gerens, &c. Et Pausanias lib. VIII. p. 690. l. 21. Τῆς τε Γερμανὸς μαχιμωτάτης καὶ πλείστου τῶν ἐν τῇ Ἑυρώπῃ βαρβάρων. Et Germanos bellicocissimos, & plurimos Europæorum barbarorum. Fuisse & Africanos barbaros, v. gr. Ægyptios, Numidas, Pœnos &c. res ipsa loquitur. Verum non magna horum habebatur ratio, et plerumque Asiaticis, rarò Europæis accensebantur.

§. X. Nihil æquè barbaris Græci, ac servile ingenium, Barbarorum servilemque exprobrarunt conditionem. Neque injuriâ maximam partem. Durissima se à regibus suis premi servitute patiebantur, et in servitutem ultro se divendebant suosque liberos, nec temere præter bello captos Græci alios, quàm barbaros, habebant servos. Aristoteles Polit. lib. I. p. 4. init. Τοῦτο φύσει βάρβαρον καὶ δέλον ὄν Idem natura est barbarum et servum. Ibid. lib. III. p. 310. l. 10. Διὰ τὸ δειλιώτεροι εἶναι, οἱ μὲν βάρβαροι τῶν Ἑλλήνων. Quia ad servitutem procliviores sunt, barbari quidem Græcis. Isocrates Panegy. p. 185. fin. καὶ γὰρ αἰσχρὸν, ἰδίᾳ μὲν τοῖς βαρβάροις δικταῖς ἀξίῳν χρεῖσθαι, κ. λ. Etenim turpe fuerit, cum barbaris privatim servis utendum censeamus, &c. Demosthenes in Midiam p. 611. l. 4. Quid igitur, si quis lege hac perlata eis τῆς βαρβάρου, παρ' ὧν τὰ ἀνδράποδα εἰς τῆς Ἑλλήνας κομιζέται, ad barbaros, à quibus mancipia in Græciam adducuntur, ad eos dixerit, esse quosdam Græcos, qui ne illos quidem vexari contumeliose patientur, ὅσων ἀν τιμὴν καταθέντες δόλως κτήσονται, quos pretio numerato ad servitutem emerint. Hec, inquam, si audierint βάρβαροι, barbari &c. Lucianus Hermot. T. II. p. 204. fin. βαρβάρου ἐμπολιτεύεσθαι καὶ δόλως. Barbaros in republica versari, & servilis conditionis homines. (f)

B §. XI.

(f) Add. Plato Conviv. p. 1180, E. Livius lib. XXXVII. p. 466. l. 36.

21.
2
2
21
2
2
29
3
13
14
13.





Præcipuo-
rum ma-
ximè.

f. XI. Sed præcipuè præcipui secundùm §. VI. barbarorum, Cares, Phryges, Lydi, Persæ, Pontici, Syri, Cappadoces, &c. prodeant. Homeri: Ἐν καρῶς ἄισις et aliorum: (g) Καρῶν σκλήματι καὶ μίσησιν. Carum servili sorte, habitu, conditione, in proverbium abierunt, Euripides Alcest. v. 675. sqq.

ὦ παῖ, τίν' αὐχεῖς, πότρου Λυδῶν, ἢ Φρυγῶν
Κακοῖς ἐλάτνειν, ἀργυρωτητὸν σέθεν; κ. λ.

O fili, quem tu gloriaris, utrum Lydum, an Phrygem aliquem
Pecunia comparatum servum tuum malè te exagitare?
An nescis, me esse Thessalum & ex Thessalo
Patre natum, verè liberum?

Philostratus Vit. Apollon. p. 346. l. 20. f. Ponticos Lydósque servos aut Phrygas heic quoque facìle quis comparaverit, quorum integris gregibus occurras, licet, gregatim huc ventitantibus. Iste enim gentes, et quidquid est barbarorum, omne ævum obnoxia aliis, hucusque turpem non esse servitutem arbitrantur. Phrygibus ergo familiare est, ut & ipsi vendant suos, & si forte in servitutem redigantur, de iis liberandis non cogitent. Græci autem libertatis adhucdum sunt amatores, neque vel servum quidem Græcorum quisquam, sinibus Græcis educendum, vendere velit. Aristides Orat. Tom. III. p. 512. init. Si Helenam videant. Helenam autem? Si vel Δεσφάπαινον, servam, qualem finxit Menander τὴν Φρυγίαν, Phrygiam. Sed de Phygibus videatur Rev. Iken; (b) et Syrorum Lydorumque mancipiorum quanta fuerit copia, vel nomina servorum apud veteres Comicos Syrus, Lydus indicio sunt. Conf. Gonsalvus in Petronium p. 69. Livius lib. XXXVI. p. 441. l. 6. f. Hic Syri et Asiatici Græci sunt, levissima genera hominum & servituti nata. Quàm Cappadocia eguit pecuniâ, tam servis abundavit, Horatius lib. I. Epist. VII. v. 39.

Man-

(g) Aristidis Orat. Tom. III. p. 256. l. 3. f. Jo. Cantacuzeni Tom. I. p. 260. l. 2. & Tom. II. p. 607. l. 3. s. f. (b) Bibl. Brem. Class. V. pp. 784 - 789.



Mancipiis locuples eget aris Cappadocum rex.

Mira res est, quam de Cappadocibus refert Strabo lib. XII, p. 635. Cum genus defecisset regium, Cappadocibus Romani permiserunt, ut liberè suis viverent legibus. Hi autem missis legatis libertatem repudiaverunt. Ου γὰρ δύνασθαι φέρον αὐτὴν ἔφασαν. Neque enim se ferre eam posse dixerunt. Regem autem sibi dari petiverunt. Romani mirati, esse homines, qui adeo de libertate animum despondissent, permiserunt iis, ex se ipsis regem suis, quem vellent, suffragiis ut crearent. (i) Denique quod Persas attinet servos, Isocrates ad Philipp. p. 262. med. Regem Persarum inexpugnabilem multi Græcorum putant, quos sanè mirari æquum est, si id imperium, quod est ab homine barbaro & malè instituto constitutum & congregatum ἐπὶ δουλείᾳ, ad servitutem, à viro Græco non putant ἐπὶ ἐλευθερίᾳ, spe libertatis proposita, dissolutum iri. Plutarchus Tom. II. p. 780. C. Rex Persarum omnes pro servis habet, excepta uxore sua, cujus maximè debebat esse dominus. Seneca de Benefic. lib. II. cap. XII. Homo natus in hoc, ut mores liberæ civitatis Persica servitutis mutaret. (k)

§. XII. Sed ingens tamen inter barbaros servitutis deprehenditur discrimen. Asiatici servum pecus fuerunt, ut Europæo dicere Agesilaus Lacedæmonius consueverit, τὰς τὴν Ἀσίαν γυν.

κατοικούντας ἐλευθέρους μὲν κακὰς εἶναι, δούλους δ' ἀγαθὰς, eos, qui Asiam incolerent, liberos quidem malos esse, servos autem bonos. (l) Contra amantissimos tenacissimòsque libertatis Europæi se barbari demonstrârunt. Græci, qui pro philautia & jactantia sua primum sibi in libertatis studio arrogabant locum, Europæis his tribuebant secundum. Audivimus Aristotelem §. X. pronunciantem: Procliviores ad servitutem Græcis sunt barbari. Verùm addit statim: Οἱ δὲ περὶ τὴν Ἀσίαν τῶν περὶ τὴν Ἑυρώπην Asiatici verò procliviores Europæis. Sed horum causam agent Scythæ.

B 2

§. XIII.

(i) Repetit Cœl. Rhodigin, Lect. Ant. lib. XVIII, cap. XXX, p. 865 init. Habet etiam Justinus lib. XXXVIII. cap. II. num. 8. (k) Add. Arrianus Alex. Magn. lib. IV. p. 167, sub fin. (l) Cœl. Rhodigin, Lect. Ant. p. 1175. col. 2.

24.
2
21
2
2
19
29
3
13
14
13.



Vocis Scythæ origo.

§. XIII. Maximè probable est, derivari *Scythas* à Germanico *schieten*, *schieffen*. Nam sagittarii & jaculatores egregii fuerunt *Scythæ*, locuti Germanicè, Germanique ab iis orti. Doctè probavit ornavitque derivationem hanc Th. Hæusus, (m) dudum verò jam observatam esse adjungit G. I. Vossio, Rudbeckio, Grotio atque aliis. Pertinent ad alios illos Boxhornius, Becanus & Cruquius. Hic ad Horatii lib. I. Od. XXXV. p. 75. col. b. *Scythas ab arte sagittandi à prima etate hominum ait* (Becanus) *esse nominatos. Nam scythen Ἐ vera prolatione y per u Cimbricum, scutter, vocabulum est planè Cimbricum.*

Latissimè patuit Scythia omnem Europam, Asiamque septentrionalem complexa.

§. XIV. Latissimè quondam *Scythia* patebat, dimidiam orbis terrarum partem, sive totam *Europam*, omnèsque ad Septentrionem fitas *Asia* regiones complexa: unde, sicut barbari, ita *Scythæ* erant *Europæi* atque *Asiatici*. Prima rudis Græcorum ætas duos modò ventos cardinales habuit, *boream* & *austrum*. Strabo lib. I. p. 26. fin. Ἐστὶ δὲ τῶν, οἱ Φασι, δύο τῶν κυριωτάτων τῶν ἀνέμων, Βορέαν καὶ Νότον. *Sunt quidam, qui duos præcipuos ventos faciunt, Boream & Austrum.* Et paulò post p. 27. init. *Atque duos esse ventos confirmant cum Thrasylæis testimonio, tum ipsius poëta, (Homeri) qui Caurum Austro adscribit, &c.* Ad eundem modum in duas modò, quicquid est terrarum, partes secuerunt, borealem, quàm *Scythiam*, & australem, quam nominaverunt *Æthiopiam*. Strabo lib. I. p. 30. fin. *De præcorum Græcorum sententia hoc dico, quòd, sicut nota versus septentrionem gentes uno prius nomine omnes vel Scythæ, vel Nomades, ut ab Homero, appellabantur, ac postea temporis cognitio regionibus occiduis Celta, Iberi, aut mixto nomine Celtiberi ac Celto-Scythæ dici cœperunt, cum prius ob ignorationem singule gentes uno omnes nomine afficerentur: ita, quæ ad Oceanum versus meridiem sita sunt, omnia Æthiopiæ appellatione fuerint notata. (n) Quoniam hoc loco dicit Strabo,*

(m) Biblioth. Brem. Class. V. pp. 287. seq. (n) Vid. idem Strabo pag. seq. 31. itémque lib. I. p. 6. lib. II. p. 77. med. & lib. XI. pp. 559. 586. Cluverius Germ. Ant. lib. I. p. 22. Barthius Adversar. lib. XVI. cap. XV. p. 2660. Coarcingius de Reb. Tartar. Tom. IV. Opp. p. 498.

bo, *Nomadum* appellatione ab Homero insignitos fuisse Scythas, & lib. VII. p. 340. *Abiorum, Equimulgorum & Lavivororum*, conjicere fas est, Scytharum nomen hujus Poëtæ ætate necdum in usu fuisse. Verùm nec voces *Asia, Europa* Homeri ævo jam usu investæ sunt, nec terrarum orbis in *tres continentes* divisus, etsi *Africa* meminerit. (o) Post Homerum diu adhuc bimembris mundi divisio frequentata est, solaque *Asia & Europa* ejus appellatæ partes. Isocrates Panegyri. p. 184. l. 13. f. Τῆς γὰρ γῆς τῆς ἀπάσης, τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ, δίχα τετραμήνης, καὶ τῆς μὲν Ἀσίας, τῆς δ' Ἑυρώπης καλεμένης. Nam, cum terra universa, quæ cæli circumflexu tegitur, in duas sit divisa partes, quarum altera *Asia, Europa* altera dicitur. (p) *Africa* tunc temporis vix terræ pars censebatur, accensebatur autem vel *Asiæ*, vel *Europæ*. (q)

§. XV. Ex dictis patescit, proximè Scythas, utpote *Proximè austrinis* septentrionales, oppositos meridianis fuisse. Observare *opponuntur Scythæ.* hoc frequentissimè in priscis est autoribus, si legis eos, si que legens attendis. Passim illi ex adverso Scythas collocant *Æthiopibus, Ægyptiis, aliisque populis austrinis.* Hippocrates de Aëre, Aquis & Locis Sect. III. p. 74. l. 6. Περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ΣΚΥΘΕΩΝ τῆς μορφῆς, ὅτι αὐτοὶ αὐτοῖσιν εἰκάσι, καὶ εἰδαμῶς ἄλλοις ὡστὸς λόγος καὶ περὶ τῶν ΑἴΓΥΠΤΙΩΝ. De reliquis autem Scythis, cum formâ inter se sint similes, & aliis dissimiles, eadem ratio, quæ de Ægyptiis habenda est. Galenus περὶ Κρασιῶν Opp. T. I. pp. 77. l. 4. κελτοῖς μὲν γὰρ καὶ Γερμανοῖς, καὶ παντὶ τῷ Θρακίῳ τε καὶ ΣΚΥΘΙΩΙ γένει ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν τὸ δέρμα, — — —. Ἀιθίοψι δὲ καὶ Ἀραβίῳ καὶ ὅλοις τοῖς κατὰ μεσημβρίαν, κ. τ. ἔ. Nam Celtis quidem & Germanis & omnibus Thracum Scytharumque gentibus frigida & humida est cutis, — — — Æthiopibus verò & Arabibus, omnibusque ad meridiem sitis, &c. Philo lib. II. de Vir. Mos. p. 508.

B 5

D.1.

- (o) Strabo lib. XII. p. 649. init. (p) Add. Turnebus Opp. Tom. I. p. 272 l. 9. Cellarius Notit. Orb. Ant. Tom. I. p. 48. fin. (q) Strabo lib. XVI. p. 951. Martialis lib. VIII. Epigr. XXXVI. v. 2.



D. I. §. Ἄλλ' ἔδὲ κατὰ τὴν βάρβαρον Ἀιγύπτου τὰς Σκυθῶν νόμους φυλάττειν, ἢ Σκύθαι τὰς Ἀιγυπτίων. Sed neque inter barbaros Aegyptii utuntur Scytharum legibus, nec Scythica gentes instituti Aegyptiorum. Maximus Tyrius Diff. XIII. p. 132. fin. Γεωργῶσιν Ἀιγύπτιοι, πολεμῶσι Σκύθαι, ἀνδρείον τὸ Σκυθικόν, δειλὸν τὸ Ἀιγυπτίον. Agricole sunt Aegyptii, milites Scythæ; fortes Scythæ, meticulosi Aegyptii.

Remotius etiam orientalibus.

§. XVI. Verùm & crebro, in Orientem & Occidentem dirempto orbe, Scythæ omnes dicunt Occidentales, & signatè Europæos populos, cùmque Africanis simul Indis aliisque Asiaticis obvertuntur. Galenus περὶ Κράσεων Tom. I. Opp. p. 75. l. 36. Ἀιγυπτίοι μὲν ἔν, καὶ Ἀφραβες, καὶ Ἰνδοί, καὶ πᾶν τὸ Θερμὴν καὶ ξηρὰν ἑσσοικῶν ἔθνος μελάινος ἔχουσι τὰς τρίχας. Ὅσα δ' ἔμπαλιν τέτοις ὑγρὰν καὶ ψυχρὰν χώραν ὀικῶσιν, Ἰβηριοί τε καὶ Γερμανοί καὶ Δαλμαῖται καὶ Σαυρομάται, καὶ σύμπαν τὸ Σκυθικόν, κ. λ. Aegyptii igitur & Arabes & Indi, & quæcunque gentes calidam aridamque terram inhabitant, nigros habent crines. Omnes autem, qui oppositi bis humidam & frigidam regionem habitant, & Illyrii & Germani, & Dalmatæ & Sauromatæ, & quicquid Scythico comprehenditur nomine &c. Ubi cunque terrarum frigus regnat, ibi Scythia ex veterum loquendi est usu. Frigida hinc Europa κατ' ἔξοχὴν est Scythia, itaque Hippocrati, quemadmodum eum in voce Λιβύη interpretatur Erotianus, (r) nominatur. Et generatim Europæa Scythia Asianâ habebatur præstantior potentiôrque, unde eam solam descripsisse Herodotus videtur, (s)

Scytharum appellatio evituit.

§. XVII. Sensim in desuetudinem Scytharum abiit nomen. (t) At Thucydidis (v) ævo tam potens adhuc populus erant, ut nulla alia, non Europæ modò, sed nec Asiæ gens iis solis, si concordēs essent, resistere quiverit. Ad Pauli usque Apostoli ætatem frequentissima Schycticî

(r) Barthius Adversar. p. 2660. (s) Conringius Tom. IV. Opp. p. 498.

(t) Plinius lib. IV. Hist. Nat. cap. XII. p. 192. Cluverius Germ. Ant. lib. I. p. 22. Conringius Tom. IV. Opp. p. 498. (v) Lib. II. p. 167.



Schytici nominis in vetustis monumentis occurrit mentio. Quid quod Historiæ Byzantinæ conditores aliique Christiani haud parcè utantur. (w)

§. XVIII. De Scytharum indole ac moribus disserunt Io. Boëmus Aubanus de Mor. Leg. et Ritibus omnium gentium lib. II. cap. IX. & Scipio Claramontius. insertus Conringii Opp. Tom. III. pp. 133, 134. Generatim diversa multum gens à reliquis fuerunt omnibus, & sibi ipsis similes. (x) Maximopere eos, & cumprimis antiquiores, laudant à frugalitate, candore, justitia, fortitudine, aliisque oppidò multis virtutibus Homerus, Æschylus, Herodotus, Ephorus, ceterique Ven. Ikenio Biblioth. Brem. Class. V. p. 770. excitati. Instar omnium est Strabo lib. VII. pp. 340. sqq. Ex aduerso autem vituperantur passim eorum stupor, vecordia, sordes, bibacissima & vinosissima gula, Venus promiscua, inhospitalitas, dira sævitia, parricidia, ἀνθρώπων φονία, & unoverbo, unique huic sit venia verbo, bestialitas. (y)

Laudes & vituperia Scytharum.

§. XIX. Haud dividia fuerit, Scytharum, quantum per veritatem licet, patrociniū suscepisse. Probè distinguamus, oportet, vitia, & ipsos Scythas. Vitia ingenii & luxus, quæ maximum faciunt numerum, ne poterant quidem perpetrare. Nam illa per simplicitatem suam ignorabant, & divitiis, ad hæc necessariis, destituebantur, imo ista eos irritamenta malorum, quæ cuncti suspiciunt, despexisse, & tenuissimo contentos victu amictuque

Excusantur

(w) Procopius Bell. Goth. lib. IV. cap. V. Synesius de Regno pp. 23, 25. Etc. &c. (x) Hippocrates Sect. III. p. 74. l. 31. (y) Strabo lib. IV. p. 227. l. 6. lib. V. p. 262. l. 23. sqq. lib. VII. p. 339. sqq. & p. 340. l. 22. Dinarchus in Demosth. Opp. p. 174. l. 10. & C. 1.4. II. Macc. VII. 4. & III. cap. VII. 5. Ælianus Var. Hist. pp. 144, 146. Seneca Trag. Hippolyto v. 165. sqq. Claudianus lib. I. in Rufin. v. 323. sqq. Sidonius Panegy. Anthem. Iulianus Fragment. p. 291. B. l. 6. Theodoretus Hist. Eccl. lib. V. cap. XXXII. init. Photius Biblioth. p. 1319. sub fin. & ex eo Scipio Gentilis in Apulej. p. 140. Cæcl. Rhodiginus Lect. Ant. p. 1099. F. Relandus Bibl. Brem. Class. V. p. 265. §. 7. Elfnerus Obs. S. P. II. p. 268. Etc. &c.

24.
2
2
2
2
19
29
3
13
14
13



que vitam tolerâsse, in confesso apud omnes propemodum est Scriptores. Multa etiam Scytharum falso inter vitia dolati Græci Romanique retulerunt. Defectu morum non elegantiae, sed innocentiae atque honestatis continetur vitium. Nec minus multa in se admiserunt Scythæ, lacesciti ab hostibus, qui fortunis ipsorum, qui libertati, qui vitæ, nullo suo jure, ut Cyrus Persa, Macedo Alexander, & Romani frequenter, insidiabantur. Bella ipsi ad divinum usque Paulum propulsârunt tantum, vix intulerunt unquam, nisi ad quærendum novas sedes præsentissimo vitæ suæ ex fame adducti discrimine.

bifariam

§. XX. Non omnium temporum, omniumque Scythæ locorum æquè fuerunt turpes. Antiquissimi quique maximè vitiis immunes fuisse videntur. Affirmârunt modò locupletes testes Homerus & ὁμόφηφοι. Postea ex commercio cum aliis gentibus, ipsisque limatissimis Græcis & Romanis, multum labis contraxerunt, addiscendo illas eorum artes, quæ quidem exuendæ ferociae non conferebant nihil, sed ingenerabant simul perfidiam & auri sacram famem, quo percita œstro Martia soboles vitam ducere latrocinii infamem occœpit. Autor denuo est Strabo lib. VII. pp. 340, 341. Potius igitur sua Græculi contagia in Scythis videant, quàm invideant Scytharum laudibus. Scripsit Nicetas Choniates, sed seculo post Christum natum tertio decimo, p. 63. init. Ὁ δ' αὐτὸς ἵππος καὶ τὸν Σκύθην ὀχεῖ, διὰ πολέμου φέρων τῆ πολυαίματος, καὶ τροφὴν χορηγεῖ χαζομένης φλεβός, αἷς δὲ φασὶ καὶ ὀχευόμενος, εἰ ἔστιν ὁ ἵππος θηλυκός, τὴν ἀλογον Ἀφροδίτην τῆ βαρβαρίας ἀποκνεοῖ. Idem verò equus Scytham & in bellum fert impetuosum, & seclâ vendâ alit, &, ut ajunt, si fœminini sexus est, belluinam ejus libidinem explet. Vulgò dicitur: *Literæ non erubescunt.* Sed profectò has pudore, necesse est, suffundi. Ecquis credat, in veteri se Scythia homines in salacissimas hujusmodi belluas convertere, imo plus quàm belluinam in hominis figura libidinem gerere potuisse? Sodomæ novimus ignes non palude Mæotica, aut Euxino ponto, sed maris mortui

mortui extinctos undis. Tacet Tacitus horrenda ejusmodi libro, quem de veteribus Germanis, qui Scytharum pars magna fuerunt, conscripsit. Toto cœlo differunt, quæ de castitate Scytharum passim memoriæ prodita inveniuntur. Horatius lib. III. Od. XXIV. *Campestres melius Scythæ vivunt & rigidi Getæ.* — — — *Dos est magna (apud eos) parentium virtus, & metuens alterius viri certo cedere castitas: & peccare nefas, aut pretium est mori.*

§. XXI. Dubio procul diversi loci diversos moribus *Scythæ.* tenuerunt Scythas, & aliis alii ad virtutem accesserunt propius: ut iniquissimè egerint, qui uno omnes dimenti sunt pede. Si qua enim gens, Scythica latissimè diffusa & in multifarias alias dirempta fuit. Scythica hodie propago extant *Tartari*, & iidem plurimum Scythici moris servârunt. Sed annon moribus differunt? Aut fallor admodum, aut moratiores multò & generosiores Europæis sunt Asiatici; & inter Europæos vix dubitandum videtur aliis alios humanitate antecedere. De remotissimis gentibus phantasia & philautia nostra, nescio quæ, comminiscitur. Conquestus de eo jam Strabo lib. XI. p. 586. est, ipsos hos Scythas cum aliis disjunctissimis populis persequens. Adeuntur vel rarissimè, vel nunquam; certè ad longissimè diffitos Scythas Græcorum & Romanorum nunquam pervenerunt arma. Distantissimæ quæque gentes maximè moribus distant, imo abhorrent pene à se invicem. Suum cuique pulchrum. Hinc existimâsse Græcorum multi videntur, Scythica instituta, quòd potissimum à suis discederent, & à virtute potissimum deviare. Quid fides magnopere iis constaret, qui sibi ipsis non constant? Qui Scythæ & barbari plerumque nauseatoribus supra omnem modum sordent, eos nonnunquam amplectuntur. Barbarorum nemo, Græcorum verò multi *Æliano* (z) *Athei* sunt; & hominum justissimi *Pausaniæ* (a) *Æthiopes*.

§. XXII. Largiuntur, inter omnes barbaros *libertas* *Libertas*
C *tem Scytharum*

(z) Var. Hist. Lib. II, cap. XXXI. (a) lib. I. p. 81, l. II.



tem Scythas maximi facere, maximamque possidere. Facientia huc Herodoti, Arriani, Ovidii, Senecæ, Plinii, Curtii loca cumulavit jam Cel. Iken. (b) Strabo de Scythia lib. VII. p. 343. l. 3. Πρὸς τε τὰς ἐπὶ τὸ ἀμαχοῖ ἐῖσι ἢ ἀνιχτοῖ, ἔδεν ἔχοντες, ὑπερ ἔ δαλεύουσι. *Adversus externos inexpu- gnabiles sunt atque invidii, quod nihil habeant, cuius causâ servitute- rem iustificare velint.* Et lib. XI. p. 596. l. 3. Ὁ σύμπτως βίος αὐδέκασος. *Tota eorum vivendi ratio libera est. Coaluit αὐδέ- κασος ex αὐτὸς, ipse, & ἕκασος, quilibet, proindeque eo no- tatur, quod quilibet Scytharum pro se ipso, sive sui fuerit ju- ris & arbitrii.* Utitur eo quoque Strabo de Gallis & Ger- manis, eximiis inter Scythas lib. IV. p. 311. l. 22. f. Συ- τασί δὲ ἢ κατὰ πλεῖστον βλάβος διὰ τὸ ἀπλεῖν ἢ αὐδέκασον. *Coerunt facile magno numero propter simplicitatem & libertatem.* Arria- nus Alex. Magn. lib. IV. p. 167. fin. *Cyri insolentiam compe- scuerunt Σκόθαι, πένυτες ἀνδρες ἢ αὐτόνομοι, Scythæ, populus in- ops, at liber.* Reges, fateor, Scythæ habuerunt. Sed an idcirco dominos? Nihil minus illis, quàm, *Sic volo, sic jubeo, stat pro ratione voluntas;* si quislibet q. licebat. Vix differebant à privatis, suisque ipsi manibus curâsse, & strâvisse, quibus vehebantur, equos videntur. Notabile est, quod refert Plutarchus Tom. II. Opp. p. 174. E. *Ateas, Scytharum rex, equum strigili purgans, legatos Phi- lippi interrogavit, an hoc quoque rex ipsorum faceret? Ismeniam verò, tibi cinem præstantissimum cùm cepisset, canere jussit, miran- tibusque reliquis juravit, se majori cum voluptate audire binnitum equi.* Sed & fuerunt Scythæ sine regibus, imo sine legi- bus, quos animata quedam justitia, ut scribit Nicephorus Gregoras, rexit, & invidenda libertas. (c) Illos verò suo- rum, qui à servis originem ducebant, appellabant *dege- neres, (d)*

§. XXIII.

(b) Bibl. Brem. Class. V. pp. 789, 793. (c) Jo. Cantacuzenus T. II. p. 390. l. 23. f. Conringius Tom. IV. Opp. p. 661. fin. (d) Ex Plinio Rev. Iken 4. c. p. 790.



27.

2

2

21

2

2

19

29

3

13

14

13.

§. XXIII. Abjectissimè de Scytharum sentit libertate Synesius, eosque servorum servos tantum non facit. Ita fenditur enim de Regno p. 23. D. I. 3. Ἀπᾶς οἶκος ὃ κατὰ μικρὸν ἐν *contra Synesium.*
 πᾶσι τῶν Σκυθικῶν ἔχει τὸν δόλον, κ. τ. ε. Qualibet domus quantumcunque felix Scythicum servum habet, estque unicuique Ἔστροφτορ, Ἔφουρναριος, Ἔαμφωρναριος genere Scythia: nec non inter pedisequos, qui depressiores grabatulos Ἔπλικατιλεις succollant, ut his etiam in via domini insidere possint, Σκυθαὶ πάντες εἰσὶ, Scythæ omnes sunt, quasi iam olim à majoribus generi huic sit à natura tributum, ut Romanorum servitio accommodatissimum ac dignissimum esset. Et ibid. p. 25. l. 5. Σκυθαὶ δὲ τᾶτες, Scythas verò illos, Herodotus ait, nosque videmus, eodem omnes morbo, timiditate teneri. Ii enim sunt, ἀφ' ὧν οἱ πανταχῶς δόλοι, ex quibus ubique servi, Ἔστροφτορ. Verum ille vir quinto demum à nato Sospitato seculo vixit, & antiquiores, quos affert, Scriptores non semper videtur ἀκριβολογήσασαι. Tempora mutantur, inque illis homines. Disputamus nos de Scythis priscorum temporum, ut monitum principio est. Pariter nihil Scytharum præjudicat libertati, quod ad hunc Synesium p. 11. Petavius annotat, liquere ex Aristophanis Thesmoph. Ἔστροφτορ Scholiaste ejus ad Acharn. publicos ministros appellatos Athenis esse Scythas, Ἔ Σκυθαίων apud Suidam idem esse, atque ancillam. Publici ministri honestiore sunt loco, quàm privata mancipia, & Atheniensium illi, quorum meminit Aristophanes, stipatores principum erant atque magistratum, & licitorum munere fungebantur ad coercendos, qui immodestè agerent, dicti ut Σκυθαὶ, ita etiam τοξόται & Πενσίβιοι, quemadmodum Taubmannus ad Plautum p. 1250. ex hoc Comico & Varrone atque Festo, sed Scaligeri ingenio feliciter restitutis, atque ex appellato modò à Petavio Scholiaste ad Acharn. v. 54. Salmasius in Solinum p. 581. col. a D. tradunt. Σκυθαῖνα Suidæ itidem ex Aristophane est, nimirum ejus Lysistrata v. 184. denuòque interpretatur Scholiastes: Σκυθαῖνα, τῆς ἐν Ἰωνίᾳ, εἴτε θεράπωναιᾶ ὄνομα ἀπὸ τῆς τόπῃ, ὡς καὶ ἄνω, ἢ θεράπωναιᾶ Scythæna, hoc est ministra sive ancilla: nomen est à loco, uti etiam supra nomen Thracia. Verum



rūm hi ministri ministræque bello capti possunt esse, adeoque inviti, certè initio, ministrasse. Et, si vel nonnulli Scytharum ultro servitutis sibi imponi jugum passi sunt, nihil hoc mirum in vastissima est gente, quæ totius terrarum orbis dimidium sola olim implevit. Nequit aliquot, nedum infinitis, hominum millibus constans populus omni ex parte sincerus perstare & purus. Quidam, necesse est, degenerent. Ita fert humanarum rerum imperfectio, imo pravitas. Paucorum verò sordes non magis universæ gentis gloriam obscurant, quàm solis maculæ fulgidissimum ejus jubar.

Libertatis
Scytharum

§. XXIV. Erectus frangique nescius animus miro Scythas libertatis inflammavit amore. Deditantur servitutis frenos generosi spiritus. Amazones viris ne ex conjugii quidem lege voluerunt subesse. Scythides fuerunt. (e) Dictas dicunt ab α privativo & $\mu\alpha\lambda\acute{\iota}\varsigma$, *mamma*, quòd alteram sibi mammam, ut expeditius arcu uterentur, absciderint, aut exusserint. (f) Nugæ, gerræ, si non Siculæ, Græculæ certè. Rectius coaluisse vocem ex *am Meats Kony*, quæ in veteri Germanorum lingua significant; ad paludem (Mæotidem) *fœmina*, Gundlingius existimat. Ipsum Mæotis ei est *Meas*, *Mead*, *Meod*, *Mios*, secundum recentiores *Moss*, *Mot*, quæ cuncta notaverint paludem generintque ex se *Moder*, *modericht*, *Morast*, *Mist*, *Mus*, *Motte*, *Madé*, *mat* &c. Nec abludivit vocabulum *Polen*, quo Sarmatia, ad quam palus Mæotis pertinuit, nunc insignitur. Nam *Pole* vel *Pola* in Sclavonica lingua est *planities*, &, quoniam plana ac depressiora loca sunt palustria, convenit cum Germanico *Pool*, *palus*. Ex Hungarica tamen lingua, quæ propius ad Scythicam veterem accedat, Scythicarum mulierum nomen derivare mavult Franc. Straffa. *Am* in ea est *hic*, *hec*, *hoc*, & *Aszszony*, leniusque *Azzony*, *fœmina*. Heroides illas fortissimè dimicantes

con-

(e) Hippocrates de Aère, Aquis & Locis Sect. III. p. 73. fin. Martialis lib. IX. Epigr. CIV. v. 5. Justinus lib. II. cap. IV. n. 27. alii.
(f) Hippocr. l. c. p. 74. coll. Bocharto Phaleg. lib. III. cap. XIII.



24
2
2
2
11
29
3
15
14
13

conspicati Græci quæsiisse, admiratione percussi, videntur: *Ecquæ illæ?* responsumque tulisse: *An Azzony, ai yvavæzæ,* mulieres sc. Scytharum; ignorantésque linguam Scythicam pro nomine proprio habuisse, & multa hinc de Amazonibus ridicula & incredibilia comminiscendi ansam arripuisse. (g) Quicquid sit, Amazonibus grave virorum fuisse imperium, omnia, quæ de iis referuntur, verisimilimum faciunt. (b)

§. XXV. *Otium quoque, quod deamârunt Scythæ, eorum libertatis studii evidens est argumentum. Cause.* *Ælianus Var. Hist. lib. X. cap. XIV. Otium, Socrates dicebat, libertatis esse sororem; fortissimos hinc esse et libertatis studiosissimos Indos atque Persas, qui utrique, quoad exteriorem speciem, segnissimi essent; Phryges verò & Lydos ad opus faciendum aptissimos, sed servire. Speciatim agricultura apud Scythas negligebatur. Molestissimus & vilissimus est labor, cultaque anxie & operose humus humiles servilesque animos & arguit & efficit. Quocirca Adamus jam, quod ex arrogantia Deo fieri æqualis concupierat, ad rus colendum abjectus, ejectusque paradiso est. Maluerunt igitur Scythæ omnibus carere telluris aratæ muneribus, quam aratro se mancipare, & sordido ac tædioso labore altos frangere spiritus. Solo lacte, caseis, melle carnibusque vescabantur bestiarum. Has venari, interimere, & si quid adhuc deesset, capere ab hostibus, dignum unicum celsa sua indole & liberimo vitæ genere studium ducebant. Verum hæc nobis edisserat Maximus Tyrius Dissert. XIII. p. 133. ne autem offendat prolixitas, Latine tantum: *Agricola sunt Egyptii, milites Scythæ; fortes Scythæ, meticulosi Egyptii. Agricole sunt Assyrii, milites Persæ: serviunt Assyrii, imperant Persæ. Lydi olim milites erant, postea agricolæ fuerunt. Quamdiu liberi fuerunt, militarunt, cum servire potuerunt, ad agriculturæ studium iverunt**

(g) Gundlingiana Part. III. Nova Biblioth. Halens. Part. XLVIII. p. 703. & XLIX. p. 773. (b) Diodor. Sic. lib. II. p. 128. s. f. Justinus lib. II. cap. IV. num. 5, 6.



iverunt. Perge ad animalia. Nam $\text{\textcircled{S}}$ in iis libertatem invenies $\text{\textcircled{S}}$ servitutem, vitamque, in qua virtus libera locum habet, $\text{\textcircled{S}}$ vinculum. Bos arat, equus certat. Quod si eorum opera mutes, naturæ injuriam facis. Quæ timidissima sunt, vitam herbis sustentant; quæ fortissima, venantur. Herbis cervus vivit, venatur leo. Fruges legunt graculi, aquila venatur. Quæ fruges legunt, serviunt; serviunt, quæ herbis pascuntur: libera sunt, quæ pascuntur. Apparet simul ex his, Scytharum, quæ tantopere exagitur, ferociam atque immanitatem libertati eorum validos subdidisse stimulos. Immanissimæ quæque belluæ maximè sunt indomitæ & liberæ; feræ ferociiores, mansuetæ cicules & servæ bestiarum. Fuere tamen & Scythæ ἀγροτῆρες, aratores, & γεωργοί, agricole. Videre est, ne ceteros commemorem, ex Herodoto lib. IV. capp. XVII. XVIII. & Plinio lib. IV. cap. XI. Κατὰ τὸ πολὺ nos loquimur, tuti satis autoritate excitati modò Herodoti, qui lib. IV. cap. II. fin. Hujus rei gratia Scythæ, quemcunque capiunt, visu orhant. Ὅτι γὰρ ἀρόται ἐσὶν, ἀλλὰ νομαδες Non enim agricolatores sunt, sed nomades; (pastores) & ibid cap. XLVI. fin. Ζώοντες τε μὴ ἀπὸ ἀγροῦ, ἀλλὰ ἀπὸ κτηνέων. Et vilitantes non ab aratro, sed ex pecoribus. Denique contemptus divitiarum pluris apud Scythas fecit libertatem. Ceterarum gentium studia inter opes & libertatem divisa fuerunt, ut hanc pectore non toto amplecterentur; Scythis verò ea sola felicitatis & prora erat & puppis.

Et adju-
menta.

§. XXVI. Suo homines cœlo tolòque, suo aëri conformari Veteres judicant. Quocirca Scythas perhibent, qui terræ loca & rigidissima, & anni tempestatibus, quoad frigus atque calorem, varia admodum incoluerint, asperimum sortitos ingenium esse, nec corpora modò eorum, sed & mentes à statu suo vehementer consuevisse dimoveri, ut tam ad durum Martis opus idonei, quàm ad subitam iram, rabiem, cædesque & sanguinem proclives extiterint: contra verò Asiaticos ad Eurum & Notum, ac præcipuè Africanos, mollissimo & æquabili fere per omnia anni tempora fruentes cœlo, utpote quibus plurimi venti austrini



austrini, rarò boreas, isque debilior tantùm & lenior spireret, mitioribus multò & animis & moribus esse, nec tam facilè ad violentos concitari affectus, sed permanere sui similes & tranquillos, horrere pericula, & ad pacem atque otium, quin ignaviam propendere. (i) Observat hinc Strabo lib. XII. p. 665. init. tanquam insolitum quid, Pisisdas, quanquam versus septentrionem habitent, omnes tamèn esse pacificos; contra Pamphylos, etsi radices Tauri austrinas accolant, non pati vicinos quietè vivere. Altera fortis & bellicosi Scytharum animi ratio ab ipsorum ducitur libertate. Hanc quippe generosiorè lævo sub pectore venam producere & alere, hanc spei plenas atque audaciæ reddere mentes; servitutem verò easdem deprimere atque effeminare. Præterea, qui subjecti ἀνωγειθύοις sint dominis, ii, tantùm abesse, ut rerum bellicarum curam habeant, ut id dent operam, ne bellicosi videantur. His siquidem, pro dominis suis in militiam proficisci, & labores tolerare, mortemque oppetere, necesse esse, relictis domi uxore, liberis, propinquis, amicis. Quòd si viriliter se gesserint, dominorum inde augeri opes, ipsos præter pericula & cædes nullum percipere fructum. Qui verò sui sint juris, hos sibi, uti ignaviæ pericula subire, ita fortitudinis acquirere præmia; adeoque mirum non esse, si, quantum fugiant illam, tantum hanc sectentur. (k) Suum his non diffitemur constare pretium atque robur, etsi paulò antè diversâ ratione fontem libertatis Scytharum

(i) Hippocrates de Aère, Aquis & Locis Sect. III. p. 73. Polybius lib. IV. Hist. p. 404. init. Aristoteles lib. VII. Polit. cap. VII. Tom. II. Opp. p. 726. fin. & lib. VIII. Hist. Anim. cap. XXVIII. p. 406. fin. Galenus; Quòd animi mores temperaturas corporis sequantur Part. I. Opp. p. 348. l. 30. sqq. Photius Biblioth. p. 1319. med. quibus addantur Joh. Filescus Select. lib. II. cap. 1. p. 337. sqq. & Cœl. Rhodigin. Lect. Ant. lib. XVI. cap. XV. imit. & lib. XVIII. cap. XVIII. (k) Denuo Hippocrates loc. cit. & p. 77. l. 18. Demosthenes Opp. p. 785. B. l. 7. Cœl. Rhodiginus Lect. Ant. lib. XXII. cap. XXII. init. Cluverius German. Antiq. lib. I. cap. XXXVIII. p. 215. l. 26.



tharum dixerimus magnum eorum & fortem animum. Multa dantur res, quæ mutuo se efficiunt & perficiunt, ut alterius altera recte & causa dicatur & effectus. Fufius de eo egimus in Novis Hypothefibus Epiftolæ Jacobi p. 297. §. XXXIX. Ad eundem igitur modum fortitudo libertatem Scytharum, & libertas reddita vice eorundem fortitudinem peperit atque aluit.

Ad barba-
ros Scythæ
pertinent.

§. XXVII. Dijudicatu nunc facile est, quatenus barbaris componi, quatenus item opponi Scythæ queant. Linguam si fpectes, barbari omnino fuerunt Scythæ. Clemens Alexandr. lib. I. Strom. p. 225. fin. *A barbaris Græci in studiis & rebus exercendis magnam accepere utilitatem.* Si quis autem τὴν φωνὴν διαβαίνει τὴν βάρβαρον, vocem reprehendit barbaram, mihi autem, inquit Anacharsis, omnes Græci σκωδίζουσι, scythiffant. Hic autem erat, qui apud Græcos in admiratione est habitus, dixitque: *Mibi indumentum est Lena, cœna lac & caseus. Vides barbaram philosophiam, quæ facta, non verba profitetur. Apostolus autem sic dicit: Et vos per linguam si non bene significantem vocem dederitis - - . Si ergo non novero vim vocis, ero loquente barbarus, & loquens mihi barbarus - - . Vix certè tandem ad Græcos accessit componendarum orationum doctrina & scriptura.* Eadem iisdem pene verbis Theodoretus Serm. V. de Natura hominis Opp. Tom. IV. p. 556. D. exhibet. Lexica τὸ σκωδίζου modò interpretantur, Scythas in potando imitari, verùm & in loquendo denotare, loca utriusque Doctoris Ecclesiastici apertissimè monstrant; hoc verò qui facit, eum barbarè censeri loqui, totius utrobique sermonis cohærentia æquè probat luculentissimè. Quod *sevitiem* attinet, barbaris Scythæ non opponi modò, sed & præponi possunt. Etsi enim credibile sit, multa hujus commatis ignaros superbòsque Græcos & Romanos Scythis affinxisse, & Ovidius imprimis, vates mollissimus, ut ab exilio revocaretur, non Romæ tantùm atque in Italia, sed Tomis etiam & in Ponto metamorphoses scripserit, de quo graviter, nec immeritò Stanisl. Sarnicius apud Dlugoffum T. II. pp. 902. 904. conqueritur; negari tamen omnia

ne.

nequeunt, nisi omnem velimus historicam fidem proscribere. Plutarchus de Stoic. Repugn. T. II. p. 1049. B. I. 10. Ἄγριοι δὲ καὶ βάρβαροι, καὶ Γαλατικά προστίθουσιν. *Sed & op-
facta, & barbara, & Galatica, id est Scythica, addit. (1)*
Nec igeniorum vitæque cultum apud Scythas majorem, quam apud ceteros fuisse barbaros, multa persuadent. Tandem si omnes, qui nec Græci, nec Romani, & Scythæ fuerunt barbari.

§. XXVIII. At hæc tamen universa non impediunt, *Sed & op-
quo minùs & barbaris, non in omni sua acceptis latitudi-
ne, Scythæ opponantur. Barbarorum multi australes fue-
runt, sub septentrionibus verò jacebat Scythia. Virgilius*
lib. I. Georg. vv. 240. 241. *baris pos-
junt.*

Mundus, ut ad Scythiam, Ripheasque arduus arceis

Conjurgit, premitur Libya devexus in austros.

Quàm verè igitur & è diametro *medius dies & media nox* sibi opponuntur, tam certum est, his australibus barbaris opponi Scythas posse. Æquè multi barbarorum eas plagas, occiduas verò tenuerunt Scythæ. *Δις διὰ πασῶν oriens & occidens, principium & finis.* Ergo orientales etiam barbari, Scythæque occidentales tam inter se distant, ut obstant. Frigida omnis regio, nimirum Europa tota & quicquid Asiæ in septentrionem vergit, præcis audiebat Scythia, integrumque terrarum orbem in duas modò partes, Asiam & Europam, distribuendo caloris potissimum & frigoris videntur rationem habuisse. Nam & duos modò ventos, alterum calidum *notum, boream* frigidum alterum, discernabant. Annon calori adversatur frigus? Ex adverso igitur calidorum, sive Asiaticorum barbarorum frigidos sive Europæos pone Scythas; & nihil peccabis. Trans à locis ad instituta, animum, mores. Scythæ liberi, servi reliqui fuerunt barbari. Libertas & servitus secum pugnant. Pararius & conservator Scythicæ liber-
D tatis

(1) Redi ad §. XVIII. & adde Strabonem lib. XI. p. 597. l. 12. f. p. 606. l. 6. Tertullianum Tom. III. Opp. p. 65. in Marcionis & Marcionitæ, Etc, &c.



tatis magnus fortisque gentis erat animus, meticulosi & imbelles barbari alii. Plutarchus Consol. ad Apoll. T. II. Opp. p. 113. init. *Ac de ipsis barbaris si qui luctum excercent, non animosissimi hoc Celta, non Galli, aut qui alii generoso pleni sunt spiritu, id faciunt, sed Egyptii, Syri, omnésque horum similes* Rursum non negaveris, contraria magnum & parvum esse animum. Mores Scytharum compositi ad omnem erant frugalitatem. Ipsa eos soli invitabat, imo coegbat fere sterilitas. Contra barbarorum Asiaticorum luxus & deliciae passim notantur, ac tantum non abierunt in proverbium. (m) Denuo fatebere, consistere simul parsimoniam & luxum nequire. Agmen oppositionum claudant justitia & injustitia. Illam Scythis, quam recentioribus, tam vetustis egregie vindicat Grotius Hist. Gotth. Vand. & Longob. Prolegom. p. 33. Asiaticis vero barbaris ecquae justitia? Suorum regum, legum nullis circumscripta limitibus, voluntas, quae esse injustissima potuit, & saepe fuit. (n)

Et reapse à
vetustis

§. XXIX. Quam oppositionem rationibus firmavimus, eam bonorum autorum usu eamus stabilitum. Arriani locum lib. IV. Exp. Alex. M. p. 154. l. 10. barbaris Asiaticis Scythas opponentis indagavit jam Cl. Iken. (o) Verba sunt: *Non audere Alexandrum cum Scythis congregi, aut, si faciat, experturum, ὅ, τι περὶ τὸ διάφορον ΣΚΥΘΑΙΣ τε καὶ ἈΣΙΑΝΟΙΣ ΒΑΡΒΑΡΟΙΣ, quantum inter Scythas & ASIATICOS BARBAROS interfit.* Sed quid dicemus ad haec ejusdem Arriani lib. II. Exp. Alex. M. p. 70. l. II. f. ΒΑΡΒΑΡΩΝ τε αὐθρακας, καὶ Παιονας, καὶ Ἰλλυριος, καὶ Ἀγριανας, τὰς ἐυρωσσοτάτας τε κατὰ τῶν τῆν ἙΥΡΩΠΗΝ καὶ μαχίμοτάτας πρὸς τὰ ἀπονοτάτα τε καὶ μολοκώτατα τῆς ἈΣΙΑΣ γένη ἀντιτάξαοθαι. *EX BARBARIS autem Thracas, Paonas, Illyrios & Agrianas, fortissimos totius EUROPAE & bellicocissimos adversus intolerantissimos*

(m) Cael. Rhodigin. Ant. Lect. lib. VII. cap. X. pp. 290, 291. lib. XVIII. cap. XXV. p. 857. G. & lib. XXVI. cap. XXXIII. init. Turnebus Opp. T. I. p. 333. l. 14. 199. (n) Herodotus Lib. IV cap. LXXXIV. & alibi; Conringius Oppi Tom. II. p. 864. §. XV. 199. (o) l. c. p. 783.

simos laborum & mollissimos ASIÆ populos in aciem ituros. Annon vice versa barbaris Europæis sive Scythis opponuntur Asiæ gentes? Nequaquam verò. Attende, sis, ad proximè antecedentia: Τὸς δὲ ἐν σφίσι ἙΛΛΗΝΑΣ ἰσθὲς τῆς Ἑλλάδος ἐκὸς ἀμυρομένους. Eos verò GRÆCOS, qui secum (Macedonibus) essent, pro Græcia, sponte sua adductos, pugnare. His in Europa Græcis barbari Europæi adversantur. Redi ad §. IX. En alium locum, quo eadem occurrit oppositio. Julianus Cæsaribus p. 329. B. l. 3. Constantinum Magn. ita inducit loquentem: Macedone Alexandro superior ego sum, ὅτι πρὸς Ῥωμαίους, καὶ τὰ Γερμανικὰ καὶ ΣΚΥΘΙΚΑ γένη, καὶ ἐχθρὸς πρὸς τὸς ἈΣΙΑΝΟΤΣ ΒΑΡΒΑΡΟΥΣ ἠγωνισάμην, quòd adversus Romanos, Germanicásque & SCYTHICAS gentes, non adversus ASIATICOS BARBAROS bella gessi. Objicis: Non tamen hi loci barbaros simpliciter & Scythas inter se opponunt. Sunt verò Asiatici κατ' ἐξοχὴν barbari. Δελοπρέπεια, præcipuus barbaricæ conditionis, ut vidimus, character iis maximè adhæsit. Citiùs quoque & frequentius, quàm Scythæ, barbarorum insigniti appellatione fuerunt. Quemadmodum Scythæ gentem suam, ut lib. IV. cap. V. init. autor est Herodetus, dixerunt νεώτατον πάντων ἐθνέων, novissimam omnium gentium, fabulámque redolet Scytharum illa atque Ægyptiorum de antiquissima orbis gente, quam ex Trogo Justinus lib. II, cap. I. refert, contentio; ita novissimè Græcis & Romanis inotuerunt. (p) Nam diffiti maximè erant, & propter asperitatem tam morum, quàm locorum accessu difficillimi. Egestas eorum, commercia faciebat rarissima. Armis verò interiora Scythiæ nunquam vel Græci ingressi sunt vel Romani. Quis ergo dubitet, quin multò seriùs & parciùs barbarorum Scythis nomen, quàm Asiæ tributum sit populis?

D 2

§. XXX.

(p) Vd. Theoph. Sigeffr. Bayer de Origine & prisca Sedibus Scytharum; itémque ejus Chronologia Scytharum Vetus Tom. I. & III, Commentarior. Academ. Scient. Petropolitanæ,



Autoribus
opponun-
tur.

§. XXX. Quid autem, si produxero ego loca, quibus Asiatici, dicti barbari simpliciter, & Scythæ inter se configunt? Polemon Λόγῳ Ἐπιταφίῳ posteriore p. m. 18. init. Καὶ ἀκόρετος μάχης ἔθηκε βοῶν, Ὡς Δαρῆος δῆλοι, ΒΑΡΒΑΡΟΙ, ἐν ΣΚΥΘΑΙ ταῦτα, εἰδὲ ποταμῶς, εἰδὲ πλάνης ὄμιλος, εἰδὲ ἄμαξαι ζηλέμεναι, ἀπὸ Ἀττικῆ, κ. τ. ε. O Darii servi, BARBARI, non SCYTHÆ hæc, (hîc) neque fluvius, neque vagum agmen, neque plaustra illa celebrata, sed terra Attica &c. De Amazonibus, Scythicis mulieribus, loquens Diodorus Siculus lib. II. Bibl. Histor. pag. 129. B. l. 14. Διόπερ τὰς περιουκέντας ΒΑΡΒΑΡΟΥΣ, Finitimos itaque BARBAROS, despecta infirmitate, cladumque illatarum memores, continuis gentem bellis adeo prostrigisse, ὥς ἐ μὴδ' ὄνομα τῆ γένους τῶν ἈΜΑΖΟΝΙΔΩΝ ἀπολιπέιν, ut ne nomen quidem gentis AMAZONUM reliquerint. Ne quem additum περιουκέντας offendat, promo Justinum, qui lib. II. cap. IV. n. 16. de iisdem Amazonibus, sed paulò anteriorum temporum, eadem fere narrans hostes illarum barbaros simpliciter vocat: Reliquæ, (Amazones) quæ ad tuendum Asiæ imperium remanserant, concursu BARBARORUM, cum Marthesia regina interficiuntur. Freculphus Tom. I. Chronic, lib. II. cap. XVI. Justinum tantum non exscribens pro barbarorum ponit hostium. Sic enim: Reliquæ ad tuendum Asiæ imperium relicte cum Marpesia regina concursu HOSTIUM trucidantur. Quasi verò malè Justinus τὸ barbarus adhibuerit. Fugit Freculphum barbarorum Asiaticorum & Scytharum, quam defendimus, oppositio. Rectius hoc Episcopo Archiepiscopus Jo. Magnus Hist. Goth: Sueon. lib. I. cap. XXIX. fin. & XXX. init. partim τὰ barbarus retinet, partim ejus loco τῶ Ἀσιανὺς utitur: Hac emissionem cum ASIANI animadvertent potentiam fœminarum plurimum imminutam. - - Itaque coactis viribus in proelium prodeunt: nec segniter occurrit Marpesia, quæ suo fœmineo agmine stipata, fortissimè pugnans occiditur, occisa prius ingenti multitudine BARBARORUM. Sed nec ea cruenta victoria potuit ASIANOS ab Amazonum imperio liberare. Horatius lib. I. Od. XXXV. §. 9.

Te

Te Dacus asper, te profugi SCYTHÆ
 Urbesque gentesque & Latium ferox,
 Regumque matres BARBARORUM, &
 Purpurei metuunt tyranni.

Ad purpurei tyranni laudatus jam semel Cruquius: Phrygii,
 Assyrii, Medi, Persæ &c. Nec intelligi alii, quàm Asiatici
 hi queunt, nisi ταυτολογῆσαι statueris Horatium, & ejus jam
 ævo purpuræ apud Scythas invaluisse usum, liquidò pro-
 baveris. Idem lib. II. Od. XIX. v. 13.

Fas est (cantare) beatæ conjugis additum

Stellis honorem, testâque Penthei

Disjecta non leni ruina,

THRACIS & exitium Lycurgi.

Tu flectis annes, tu mare BARBARUM:

Tu separatis uvidus in jugis

Nodo coërces viperino

BISTONIDUM sine fraude crines.

Mare barbarum, cui Scythica gens, Thraces, eorumque fœ-
 minæ, Bistonides opponuntur, Indicum est, adeoque A-
 siaticum. Indos enim Bacchus, quem vates affatur, fer-
 tur perdomuisse.

§. XXXI. Sed nimis Te diu, Lector, suspensum De Pauli
 teneo. Dudum mihi, ut doctorum Virorum de Pauli Barbaro &
 Scythæ sententias examini subjiciam, desiderare videris. Salmasius in Offitegio Ling. Hellen pp. 359.
 sqq. quocum facit Jacobæus in Disp. de Scythæ præ Barba-
 ro Prærogativa, Hafniæ 1704. excusa, Scytham barbaro, ut
 insipienti sapientem, opponi existimat. Facere enim configere Apo-
 stolum prudentiam humanam cum humanarum rerum inscitia, po-
 tuisse nominare ἄδικον & βέλτερον, sed, quoniam jam vox ἄδικον
 in causa religionis Judæo opposita, sedem occuparat, vitandæ ambi-
 guitatis vel obscuritatis gratiâ quæsiuisse inter barbaras gentes eam,
 quæ minimè omnium esset barbara, & quæ sapientiâ ac prudentiâ
 humanâ ceteris præcelleret; hancquæ esse Scythicam. Si pro Scy-
 thæ Apostolus posuisset Ægyptius, starem à partibus Viri
 magni. Ægyptios mortalium sapientissimos & sacra per-
 hibet,



hibet, & profana historia. Omnes iidem homines præter se solos, ut §. IV. sine ex Herodoto percepimus, barbaros nuncuparunt. Quare sunt, qui non minus, ac Græcos, à barbaris Ægyptios distinguunt. Apulejus de Deo Socratis p. 49. l. 17. *Gaudent ÆGYPTIA Numina serme planioribus, GRÆCA plerumque choreis, BARBARA autem strepitu cymbalistarum, &c.* His Ægyptiis, pariterque multis Asiaticorum barbarorum Scythas sapientiã antecelluisse, præter omnem rationem dicitur. Succurrant Chaldæi, Phryges, & cum primis Seres, qui Is. Vossio ad Melæ lib. I. cap. II. hodierni sunt Sineses, & de quibus, *Genus istud hominum, ait, omne id scit, quod sparsim norunt cetera gentes, quæ cum iis comparatæ pro barbaris merito haberi possint, si solos exceperis Græculos.* Non equidem sum nescius, sapientiæ multum tribuere nonnullos (q) Scythis. Nec præferendi tamen eo nomine omnibus omnium terrarum, sed vicinis tantum aliquibus in Europa sunt barbaris, sique Scytharum nomen de cunctis Europæis barbaris accipere placet, aliã aliam Scythicam gentem sapientiæ magis laude enituisse, confitendum est. Datur sapientia ingenii & theoretica, sive eruditio; datur item practica, vel proprius iudicii, voluntatis & vitæ. Posteriori hac valuerunt Scythæ, priori eos longo post se intervallo reliquerunt barbari nonnulli Asiatici & Africani. Verum Paulinus *Βασιλαγος* est quoque *ἀνθρώπος καὶ ἀπαίδευτος*, Rom. I. 14. (r) Huic qui opponatur *Σκῦθης*, & theoreticã sapientiã sive doctrinã, oportet, excellat. Cetera ad profligandam Salmasii interpretationem facientia post alios Cl. Th. Haefæus Bibl. Brem. Class. V. pp. 280-284. dabit.

Trieren-
bergii,

§. XXXII. A Salmasio prope abest Henr. Trierenbergius, cuius Dissertatio Tom. II. Theol. Phil. p. 620.

(q) Freculphum Chron. Tom. I. lib. II. cap. XVI. Rudbeckium variis Atlanticæ locis, Ol. Wormium lib. V. Monum. Danic. pp. 406, 407. Joh. Lomeierum Dier. Genial. Diss. I. de veterum Scythiarum Philosophia, Reimannum Hist. Lit. Lib. II. p. 21. fqq. &c.
(r) Vid. ad h. I. Wolfius in Curis,



620. sqq. recusa extat. Qui barbarum inter & Scytham institui ab Apostolo ἀντιμαχίαν censet, quòd omnium hic barbarorum minimè sit barbarus. Sed peccare Virum τῷ τῆς ἀνδροφαγίας ἀμέτρῳ, quicumque subactioris est iudicii, nullo negotio pervidet. Barbarissimi Scythæ non fuerunt, at barbari certè. Repete §§. XVIII.-XXI, XXV.-XXVII.

§. XXXIII. Ex adverso Erasmus in Not. ad N. T. scribit: Barbaro opposuit Scytham, (Apostolus) non quòd is barbarus non sit, sed quòd præ hoc reliqui barbari non sint barbari. Erasmi sententiam suam faciunt, licèt mitiùs plerique proponant, Estius, Tirinus, Cornel. à Lapide, Zanchius, Davenantius, Grotius, G. J. Vossius Tom. V. Opp. p.7. col.a. Heideggerus Hist. Patr. Tom. II. Exerc. I. §. XXXI. pp.27, 28. Wandalinus, Vindingius in Σκέψει Φιλολογικῆ §. V. Jac. Elserus Obs. S. ad h. l. Blackwallus in Classicis Sacris Tom. II. p. 58. Clericus Not. ad N. T. Vers. Gallic. & quòdammodo Th. Hasæus; non verò Jo. Boëmus Aubanus, ut Wolfii in Curis ad h. l. verba præ se ferre videntur. Neque enim Boëmus is est scriptor, qui loca divini Codicis interpretur. Fors eum Wolfius non evolvit ipse, sed iudicium suum ex iis formavit, quæ Cl. Zornius Bibl. Antiquar. Exeg. pp. 761-763. Boëmo subjicit. At verò hæc universa non Boëmi, sed paulò antè citati Heideggeri sũnt verba, ut monet, quanquam obscuriùs, Zornius. Sed in viam. Arbitrantur eruditi Viri, surgere orationem Paulinam, & Scytham, ut ἐπίσημον, insignem aliquem barbarum, proponi. Verùm hoc nos crimen, Scythis nullo ipsorum merito impactum, §§. superioris paragraphi sine signatis abundè cõfutatavimus. Maxima ἀπανδροφαγία est. Sed quid lib. IV. cap. XVIII. fin. Herodotus? Μετὰ τὴν ἐρημὸν Ἀνδροφάγοι δικάεσι, ἔθνος ἐν ἰδίῳ, καὶ ἰδαμῶς Σκυθικόν. *Ultra quam solitudinem Androphagi, id est, virorum carne vescentes, habitant, seperata natio, ac NEQUAQUAM Scythica.* Sed verus esto Plinius lib. VI. Nat. Hist. cap. XVII. *Anthrophagi Scythæ insident, humanis corporibus vescentes.* Tales non omnes Scythæ, sed, ut Rudbeckius

Erasmi,
plurimorumque
aliorum,

Herodotus



ckius Part. I. Atlanticæ cap. X. §. 3. p. 442. init. soli fuerunt *Samoiedæ*. Hodieque Europam incolunt barbarissimi Tartari & Turcæ. An verò non esset iniquissimus, qui ex eo cuderet enunciatum: *Europæi sunt barbarissimi*? Plurimas Scytharum nomen involvit nationes, & nonnunquam omnes Europæos. Quicquid hominum in vastissimo terrarum orbe præter Judæos Græcosque & Romanos Apostoli ævo degebat, *Barbarus* & *Scytha* complectitur. Crederéne par est, tot tantæque gentes à sola crudelitate divinum Scriptorem appellare voluisse? Quid enim aliud secundùm hanc sententiam barbarus notat, quàm *crudelis*, & *Scytha*, quàm *crudelior* sive *crudelissimus*? Incertissimum est, barbarum heic dicere efferum & immanem. Nostra ætate princeps, imo sola hæc hujus vocabuli est significatio, non fuit vivente scribenteque Paulo. Binis aliis ille locis utitur, sed alio utrobique sensu. Nam Rom. I. 14. barbarus est *simplex*, *illiteratus*, & 1. Cor. XIV. 11. *ignote lingue homo*. Proclives nos sumus antiquiorum vocum significationes ad præsentis ævi usum exigere, & quotiescunque aut ubicunque *barbarus* legimus, statim cogitare de crudeli. Hoc sanè loco nihil significationem illam infert necessariò præfertque ceteris. Si verò incertum est, *barbarum* designare *crudelem*, qua certitudine nititur, *barbarorum barbarum*, id est *crudelissimum* nominari distinctum ab eo per incrementum orationis Scytham?

Relandi,

§. XXXIV. Forsan hac aliisque rationibus motus Cl. Relandus ad solam *crudelitatis* notionem non substitit, sed tribus ex causis à barbaro, tanquam genere, distingui, ut insigniorem speciem, posse Scytham arbitratus est, videlicet (1) quòd numerosissima gens fuerint Scythæ, & soli quasi pares ceteris quorumlibet locorum barbaris; (2) quòd, cum plerique alii barbari tum temporis Romanis parerent, & sic orbis Romani pars essent, extra illum orbem, separatus indomitúsque populus, degerent Scythæ. His autem addit (3) agrestem Scytharum immanitatem. Adeatur ipse Bibl. Brem. Class. V. pp. 253. 199.

§. XXXV.



24

2

2

20

2

2

19

29

3

15

14

13

§. XXXV. Cl. Pet. Zornius Biblioth. Antiquar. Zornii,

Exeget. p. 763. hæc habet: *Non fallitur, qui per βαρβαρον apud Paulum intelligit hominem asperè, duriter & crasse loquentem, per Scytham hominem moribus prorsus efferatis.* Premittit ille nativum τὸ βαρβαρος significatum, quod Vitringæ à בלכלי ut §. III. indicavimus, descendit, eoque sine multa statim ex Vitringæ hujus lib. I. Obs. S. excerpit. Præverunt Vitringæ alii, Liquet ex his Aug. Pfefferi Opp. Philol. p. 500. Dav. Cohen de Lara addit sic ברברי dicit pro בלכלי à ברבול sive confusione literarum, quæ fiat à balbis & blebis. Pariter Cl. Schrœdero, quem dicto paragrapho III. nos Vitringæ subjunximus, alius jam præludit. Denuo Pfeifferus l. c. Armenicum parparrel (apud Rivol. p. 54.) sermocinari à par dictio, unde parpar sermo, propius ad nostrum alludere videtur. Præfero tamen ego has Virorum orientales derivationes occidentalibus illis, quas dederunt alii. Sic Rudbeckius, Cochlaus & Peringskiold à Boreo, h. e. Saturno, ejusque filiis Borbarn; Reimannus Hist. Lit. lib. II. p. 60. à Germanico Bar, quo majores nostri elegantes sermones in prosa & versâ oratione insigniverint; atque Prætorius Orb. Goth. lib. IV. p. 15. ab exercitus Gothici vocibus bar bar deducunt. Orientales, non occidui vel Europæi primi fuisse barbari. Quare in Oriente vox nata videtur. Sed verò, quomodo in Pauli ad Colossenses barbarum eadem hæc quadret derivatio, nequeo perspicere.

§. XXXVI. Negat Alex. Morus Not. in Nov. Test. Alex. Mori,

barbarum & Scytham inter se opponi; subjungit verò: *Quòd si quis pertendet, oppositionem admitti debere inter barbarum & Scytham, ut inter membra reliqua, per barbarum Judæos, per Scytham Gentes potest intelligere.* Barbaros, fateor, seipso appellârunt Judæi. Loca, quibus Th. Hafæus Bibl. Brem. Class. V. pp. 274. & 297. fin. adstruxit, magis stringunt, quàm quibus Hadr. Relandus ibid. p. 255. assertum ivit, à barbaris se Judæos distinxisse. Ceterum Mori sententia variis nominibus rejicula est. Nam & Paulo, qui proxime antè Judæorum disertè meminit, ταυτολογίας maculam

E

affricat,



affricat, & à vero prorsus abludit, hos Judæos à Scriptore, qui Hebræus ipse ex Hebræis erat, κατ' ἐξοχήν barbarorum, quæ vox non omni vacabat probro, insignitos appellatione remotissimis à Canaane Scythis opponi.

Et Conv.
Ikenii.

§. XXXVII. Tandem Pl. Rev. Iken, patriæ & Ecclesiæ & Ill. Scholæ insigne Ornamentum, nostræque Collegæ honorandus eruditissimâ, quam ad Cel. Th. Haseum dedit, epistolâ, hęcque Biblioth. Brem. Class. V. pp. 767. inseruit, per barbarum intelligens Phrygem, utpote hominem servilis maxime animi sortisque, huic barbaro Scytham, libertatis tenacissimum, ad eundem opponi modum, ut statim δῆλον ἐλεύθερον, censet. Geminam enim Apostolum facere oppositionem, & utramque bimbrem; primò inter se opponere, ab una parte Ἑβραίων & ἀφοβύτων, ab altera Ἰουδαίων & περιτομῆν, secundò rursus ab una parte βαρβάρων & δῆλον, ab altera, Σκύθην & ἐλεύθερον. Quòd per barbarum intelligit Phrygem, nimis est angustum, nec cum latitudine significationis adjunctarum vocum, Ἕλληνας, Judæis oppositi; ἀφοβύτων, Σκύθης, quin, & τῶν Πάντα & Ἐν πᾶσι, quæ deinceps sequuntur, conciliari potest; & audisse me recorder ex Doctiss. Viro, sibi nunc ipsi ita videri. Quòd si verò Phrygem loco Asiaticos posueris barbaros, nulla alia interpretatio æquè se ingenio commendat, & Paulini sermonis manifestat sapientiam atque emphasin. Quàmque valido illi præsidio sint, quæ de servitute barbarorum Asiaticorum, de Scytharum verò libertate §§. X. XI. XII. XXII. . . XXVII. maximâ copiâ adduximus, quid attinet dicere? Nemo non videt, nisi qui videns cœcutit. Dicunt quidem Morus p. m. 230. & Haseus p. 285. minime necesse esse, aut dignum liberrimo Pauli spiritu, ut hæc duo βαρβάρων & Σκύθης non minùs inter se opponantur, quàm illa bina, quæ præcessere, paria, & illud, quod sequitur. Sæpe enim Paulum conglomerare varias voces, quarum pars invicem sibi adversetur, pars una aliam explicet, ut Rom. VIII. 38. 1. Cor. III. 22. Col. I. 16. Verùm si oppositio aliorum quidem membrorum sit apertior, & statim oculos incurrat, aliorum autem obscurior & remotior, ut indagine opus habeat atque demonstratione; qui indagare hanc feliciter & demonstrare potest



24

2

2

21

2

2

11

29

3

15

14

13

potest solidè, annon τὸ ἐνπρωτέρως καὶ τὸ ἀκριβέστες totius Apostolici sermonis in clariorem lucem ponit? Utrum concin-
 nius, est, orationis, quæ eadem collocata ratione est, *omnia*,
 an *quedam* tantum sibi opponi membra? Primum hîc par
opponitur, secundum *opponitur* item, tertium verò ex Mori
 & *ὁμοψύχων* sententia *componitur*, quartum autem rur-
 sus *opponitur*. Annon *omnia* quatuor præstat, statuere,
 si per rei veritatem usumque Græci sermonis licet, *et*
eodem modo opposita esse? Plus Cl. Ikenii explanatio in
 recessu, quàm in fronte habet. Ejusmodi interpre-
 tationes ubi primùm nostra ætate prodeunt, vulgò im-
 probantur, aut certè non probantur admodum. Po-
 tissima ratio *vastæ lectionis* est inopia, qua nunc temporis tam
 laboramus, quàm vix frumenti. Laudavi aliquando hanc
 Ven. Ikenii sententiam doctissimo Urbis nostræ Viro, qui
 verò jam est ἐν αἰγίοις, cuiusque nomini parco. Reponebat
 ille confestim: *At ne unicum quidem idoneum veteris Scriptoris*
attulit locum, quo ἀντολεξεί barbarus ἔσθ Scythia sic, ut ipse vult,
apud Apostolum opponantur. Verùm enim verò nōne Ar-
 riani p. 783. attulit? Pauxillum temporis inter inventio-
 nem & patefactionem sententiæ suæ intercedere passus est,
 quo ipsi, muneris gemini districto curis, ad quærendum
 complura, integrum non fuit, autores Græcos evolvere to-
 tos. Ego verò Juliani nunc testimonium addidi. Præ-
 textis: *Utrobique non barbari simpliciter ἔσθ præcisè, sed Asia-*
tici Scythis opponuntur. Respondi jam ad id §. XXIX.
 Sed fac, non alia stringere loca, quàm quibus barbari
 simpliciter cum Scythis in oppositis collocantur lanci-
 bus. Dédimus ex Polemone, Diodoro Siculo, Justino &
 Horatio. Fors dantur adhuc alia. Antequam de Cl. Ike-
 nii mihi sententia constitit, multa jam prisce Helladòs
 monumenta, ad oppositionem illam barbari & Scythæ mi-
 nùs attendens, perlegi, quæ relegere hæctenus non va-
 cavit.

§. XXXVIII. Deditâ operâ Cel. Collegæ interpre-
 tamentum sibi duxit oppugnandum Cl. Jac. Elsner Obf. S.
 ad h. l. Scribit p. 268. *Quemadmodum nec περιτομή referri po-*

*Que vis-
dicatur,*





test ad Ἑβραίων, nec ἀκροβυστία ad Ἰσδαϊῶς ἐ situ verborum in proximè
 precedentibus, ita nec τὸ ἐλεύθερος ad Σκῦθης, nec δῆλος ad βαρ-
 βαρος pertinet. Nimirum ut oppositio duorum priorum sibi
 parium constet, præponere Ἑλλησι Ἰσδαϊῶν oportuisse Apo-
 stolium, Vir eruditus opinatur. Hoc verò demum liber-
 rimo, ut Morus ait, Pauli spiritu minimè dignum est, li-
 brare ita verborum situm, neque nos decet, nimis exiguè
 & exiliter ad calculos ejus vocare stylum. 1. Cor. I. 24. si-
 tus verborum est: Θεῶν δύναμιν καὶ Θεῶν σοφίαν. Præcedit v.
 25. Τὸ μαρὸν τῶ Θεῶ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ. Annon hoc
 prius ad posterius antecedentis versus, Θεῶ σοφίαν, perti-
 net? Sequitur eodem v. 25. Καὶ τὸ ἀδυνάτους τῶ Θεῶ ἰσχυρότε-
 ρον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ. Annon hoc posterius ad prius ejusdem
 antecedentis versus, Θεῶ δύναμιν, se recipit? Pari igitur
 jure affirmo ego, situm verborum in nostro loco oppo-
 sitionem minimè tollere, & prius, περιτομή pertinere ad po-
 sterius Ἰσδαϊῶς, posterius ἀκροβυστία ad prius Ἑβραίων. Contra
 in nova oppositione, quæ statim 1. Cor. I. 26-28. eam,
 quam vidimus, excipit, ordinem verborum situs accura-
 tissimè Apostolus servat. Habemus v. 26. Ὅυ πολλοὶ σοφοὶ
 κατὰ σάρκα, ὅυ πολλοὶ δυνατοὶ, ὅυ πολλοὶ ἑυγενεῖς. Ad primum, ὅυ
 πολλοὶ σοφοὶ, pertinet in oppositione primum v. 27. Τὰ μαρὰ
 τῶ κόσμῳ. Ad secundum, ὅυ πολλοὶ δυνατοὶ, pertinet itidem se-
 cundum, τὰ ἀδυνάτους κ. λ. Ad tertium, ὅυ πολλοὶ ἑυγενεῖς, de-
 nuo tertium, quod v. 28. sequitur, τὰ ἀγενῆ κ. λ. pertinet.
 Quid ad hanc discrepantiam dicendum? Non aliud, quàm
 iterum Mori illud: *Liberrimus in ejusmodi leviculis Pauli fuit*
spiritus. At demonstravero tamen ego, nostro ad Coloss.,
 loco inductum sapienti Paulum ratione fuisse, ad *Græcum*
 in prima, in secunda *Judæum* oppositione præponendum.
 Enimvero sublatum sub N. T. populorum esse discrimen at-
 que prerogativam, hoc loco affirmat Apostolus. Si igitur
 utrobique aut gentiles, aut Judæos præposuisset, po-
 tuisset videri diversum ipse sequi, alteram gentem præfer-
 re alteri; sicque suo se jugulare gladio. Jam autem mo-
 dò ethnicos, modò præponendo Judæos, nullo utrosque
 discrimine,



24

2

2

21

2

2

11

29

3

15

14

13

discrimine, nullo habet ordine. Objicis: *In posteriori ta-
men oppositionis jugo servum utrobique anteponit.* Barbarus enim
servus ex vestra est mente. Habeo certum, quid respondeam.
Facit perspicuitatis gratiã, Liquet magis, barbarum respon-
dere servo, si uterque priorem; liquet magis, libero conve-
nire Scytham, si posteriorem hic uterque teneat locum.
Quid quòd suo sic exemplo Apostolus stabiliat, abrogatam
adeo omnem nunc gentium personarumque esse differen-
tiam, ut præferri vel geminata statim vice servi, vilissima
mancipia, liberis hominibus absque horum injuria queant.
Contendit porro Rev. Elsnerus, à barbaris distingui Scythas,
quòd barbari maxime, barbarorum barbari per crudelitatem suam
atque immanitatem fuerint. Quàm infirmo, quicquid hujus
est, nitatur tibicine, docili & æquo Lectori jam probavi-
mus. Nunc verò in gratiam doctissimi, nobisque suo ju-
re æstimatissimi Viri quasi concedamus. Sed verò hanc
eos rabiem, ferociam hanc intensissimo libertatis incendis-
se amore, demonstravimus rationibus & exemplis, lucu-
lentissimo demonstravimus Maximi Tyrii testimonio. (r)
Quare tantum abest, ut officiat sententiæ nostræ, ut ad-
jumento sit. Reliqua Elsneri eò potissimum tendunt, ut
ostendant, solum barbaro non designari Phrygem; proinde-
que in nostram defensionem non arietant. Quæ autem
pro exegefi sua Rev. Ikenius jam adduxit, ea omitto u-
niversa. Dignissima sunt, quæ apud ipsum legantur.
Meum non est, alterius compilare serinia. Plura per me
habeo, quàm quibus capiendis harum chartarum sunt
angustiã.

§. XXXIX. Tribus, quod ajunt, verbis meam *Nostra de-
subjungo sententiam. Univerſum hominum genus in tres nique.*
dispartitur classes Apostolus. Ad primam cultiores gentes,
incultas refert ad secundam, tertia eorum est, qui in utris-
que maximum faciebant discrimen, servorum & libero-
rum. Cultiores gentes Græcus sistunt & Judæus. Humana
alterum, divina alterum excoluerat sapientia, Quanta
Deum

E 3

(r) §§. XXV. XXVI



Deum inter hominémque peccatorem, revelationem ac relictam sibi rationem sæviti pugna, tanta inter Judæum erat & Græcum. Componenda verò nunc gratiâ erat Novi Testamenti, ex æquo affulgente & Græco & Judæo. Involvit Græcus etiâ Romanum, non ortu tantum, sed & sapientiæ culturâ Græcum. Plutarchus Camillo Opp. T. I. p. 140. init. *Heraclides Ponticus, affinis his temporibus, in libro De Anima annunciatum ex Occidente refert, exercitum alienigenarum ex Hyperboreis progressum cepisse πάλιν Ἑλληνίδα, urbem GRÆCAM, Roman.* Taceo plurima alia. *Curcumsio* Judæi, Græci præputium inimicitîæ inter utrumque pertinacissimum erat fomentum. (s) Quocirca, hunc offensionis lapidem remove cupiens, Apostolus statim post Græcum & Romanum meminit circumcisionis & præputii, datque hoc *cultiorum* gentium honori, majorique earum convertendarum, vtpote quibus Evangelium reapse jam annuntiabatur, spei, ut *geminum* oppositionis par in eorum gratiam ponat. Tertiò ad *incultos* ignotioresque populos, qui plurimi in mundo præter Judæos, Græcos & Romanos erant, progrediens Paulus, volensque in cœpta oppositione pergere, commodiores non invenit voces, quàm *barbari & Scythæ*. Totum mundum in Orientem et Occidentem Scriptura frequens dispescit, ejusque in Asiam & Europam divisio Apostoli necdum ætate obsoleverat. Varro, Ciceronis *σύγχρονος*, adeoque Pauli seculum non longè antegressus, de Ling. Lat. lib. IV. p. m. 10. med. *Ut omnis natura in cælum & terram divisa est, sic cælum in regiones, terra in ASIAM & EUROPAM. Asia enim jacet ad MERIDIEM & EURUM, Europa ad SEPTEMTRIONES & AQUILONEM.* Procopius, qui longè post Paulum vixit, lib. I. Bell. Vandal. p. 176. B. *Sic terram ambit Oceanus, ut BIFARIAM eam scindat, in continentes DUAS influens. - - Harum altera ASIA dicitur - - Opposita continens, quantacunque est, EU-*

(s) Act. XI. 3. Rom. III. 1. 2. 1. Cor. VII. 18. Gal. V. 2, 3. VI. 12, 13. Eph. II. 11. Phil. III. 3.

EUROPAE vocabulo comprehenditur. Aſiæ hujus incolæ BARBAROS dicit Paulus. Appellare *Aſiaticos* noluit propter ambiguitatem. Nam tunc temporis *Aſia minor* ſimpliciter *Aſia*, *Aſia minoris homines* ſimpliciter *Aſiatici* audiebant, quin *Minori minor* adhuc erat *Aſia*, dicta *Proconſularis* & rurſum *Aſia propriè*. (t) Evolvatur Solini Polyhiſtor cap. XLIII. quod incipit: *Sequitur Aſia: ſed non eam Aſiam loquor, que in tertio orbis divortio &c.* Vel decies hoc uno capite *Aſia* & *Aſiatici* eo ſenſu veniant. Opponendos *τοῖς ἀπὸ Βαβυλωνίων*, ut noſtros Joſephus Prooem. de Bell. Jud. appellat, SCYTHAS potiùs, quàm *Europæos* vocitâſſe videtur, quòd Scytharum nomen celeberrimum eſſet, pèrque id oppoſitio ipſa fortior redderetur, atque evidentior. Repete ſis ſ. XXVIII. Unum reſtabat hominum genus, SERVI, quos priſcorum dominorum ſævitia atque ſuperbia vix ad homines pertinere, ſed medium quiddam inter ſe & bruta animantia eſſe judicabant. Et Græci eos habebant & Judæi, & barbari & Scythæ. Quare ad nullam referri harum gentium potuerunt. Faciendum novum Apoſtolo par diſpar fuit, oſtendendumque, viliffimis & ad beſtiarum ſortem depreſſis propemodum mancipiis æquè ad ſalutem Evangelii liberum aditum, ac LIBERIS quibuſcunque hominibus, ſive Græci illi ſint aut Judæi, ſive Barbari aut Scythæ, patere.

ſ. XL. Maximæ felicitatis numero locòque habere nos decet, quòd ſub Nov. Teſt. omnis gentium perſonarumque exulat prærogativa. Latabundi Paulinum hoc ingeminamus: *Non eſt Græcus & Judæus; non barbarus, Scythæ; non ſervus, liber; ſed omnia & in omnibus Chriſtus.* Multò ſecus comparatum cum Legis fuit Oeconomia. Unus Iſraël Dei erat audiebátque populus, quàmque in una hac gente alium alius externa ſanctitate anteiverit, exemplo NAZIRÆORUM, ad proximum Saturni ſub horam IX. antemeridianam eruditè facundèque *Nobiliff.* atque *Præſtantiff.* JOH. FRID. WINTER, ut Diſſertationis jam indixit Titulus, demon-


Invitatur ad Orationem Paraſceuaſticam.

(t) Act. XX. 4. 1. Petr. I, 1. Apoc. I. 4. II. Etc. &c.





monstrabit. Patre is genitus Viro *Honestissimo, Integerrimo, & Praeclare Existimationis*, FRIDERICO WINTER, *Urbis hujus Cive ex praecipuis, & Mercatore florentissimo*, Doctoribus se haecenus suis, omnibusque Eruditis ac Bonis, ingenii solertiâ, integritate morum & elegantia, laudabilique industria eximiè probavit; jamque profectuum suorum, quos sanè & in Philologia & in Theologia habet non spernendos, publicum editurus specimen, nec pecuniis suis, ut Ill. Gymnasilii decus, qua modò cunque ratione posset, tueretur, parcendum duxit; ut vel hæc argumento est ipsius volentis impressâ sumptibus Disquisitio. Ejusmodi aliquem qui fastidit, nec, quamlibet currentem, honorum, si integrum ipsi est, incitat stimulis, hunc, ut cum Poëta ludam,


Nec Deus est mensâ, Dea nec dignata cubili;
 ut autem seriò dicam, hic mihi videtur barbaros & Scythas in eruditum Orbem velle reducere. *Honos alit artes; sique Mæcenates, nec Marones deerunt.* Quocirca & VOS Mæcenates nunc sitis, qui sæpe fuistis antè, *ILLUSTRES, MAGNIFICI ET AMPLISSIMI REIPUBLICÆ PATRIÆ PROCERES; PLUR. REVERENDI, CONSULTISSIMI, EXPERIENTISSIMI, CLARISSIMIQUE OMNIUM ORDINUM DOCTORES, PROFESSORES, PASTORES:* & qui insuper Urbem hanc ornatis, *DOCTI DOCTRINÆQUE FAUTORES VIRI.* Fretus Vestrà benevolentia, ut Oraturo faveatis, & honorificâ eum præsentia Vestrà dignemini, quàm submissè, reverenter & enixè possum, rogo. Vos autem, *NOBILISS. ET PEREXIMIÏ STUDIOSI*, quin solitâ frequentia Commilitonem sitis vestrum stipaturi, non est, quod ullus dubitem, V.




1. Genii Harmonia Perfectionum sanctissimi Servatoris, Iesu Christi.
2. L. D. (sub quibus literis lateat, alibi, Engelhardus) Duccinator Romanus, ex hist. Pasf. dom. expulso.
3. Genii de hure Vita & Necis tempore mortis Servatoris ap. Iud. non amplius supersiste.
4. Gerdesius de Synagoga Libertinorum, ad Act. XI. 9.
5. Bahrde Vindicta dicti classici Act. XX. II. (Vid. Tom. II. ad Bibl. V. T. ad hanc * notam.)
6. Esuche de Naufragio Paulino, ad Act. XXVIII. 41.
7. Stranzius de Spiritu qui vita est propter iustitiam ex Rom. VIII. 10.
* Hofmannus de Variis modis transitum ad Ruthenorum sacra excusandi.
** Bauer de Aenigmate Propheta Zachariae Cap. IX. 17.
8. Mlchens Specimen Antiquitatum Corinthiacarum selectarum.
9. Fibichius de Articulis fidei christiana fundamentalibus & non fundam.: secus. C. I. Cor. III. 10/11.
10. Wezel de Finali ad Deum Triunum Pauli voto II Corinth. XIII. 13. (hoc 2/ignu)
11. Heiser de Barbaro & Scythia. Col. III. II.
Hebenstreit de Christo, quod & quo sensu, Veritas sit. secus. I. I. Tim. III. 16. (H. T. II. ad Bibl. V. T. II)
12. Hutnius de Morte Redemptoris in ligno. I. Petr. II. 24.
13. Nonnen de Peccato ad Mortem, de quo I. Joh. V. 16. 17.
14. Anonymus de Peccato ad Mortem, seu in Spiritum S. ex I. Joh. V. 16.
15. Pfeiffer Sanctificans & qui sanctificantur quopereis. ex Hebr. II. II.
16. Gaffius in Verba sacra Hebr. VIII. 4.: Si Christus esset in terra, profecto sacerdos non esset.
17. Baumgarten Examen variantium lectionum in Ep. Jacobi Arianum.
18. Wehsterus de Sapientia coelesti Theologum errante: ad Jac. III. 17.
19. Petoldus de Mutua peccatorum confessione Jac. V. 16.
20. Genii de Uctione agrorum precibus junctis & mutua offensionum confessione h. c. ad Jac. V. 14. 15. 16.
21. Paldamus de Corpore Christi mystico, ad Apoc. I. 14-16.
22. Siegel de Angelo Ecclesiae Thyatirenae, ad Apoc. II. 18.
23. Gastau de Christi consilio Laodicensibus dato, ad Apoc. III. 18.
24. ab Homesler in Epistolam apocalypticam ad Angelum ecclesiae Philadelphensis.
25. Nonnen de Microsphyra Coelesti, sive sponsa Agni, particulari beatorum in caelis societate.
26. Nazzus de Miraculis Christi typicis.
27. Nonnen Observationes quaedam de Demoniacois, quorum in N. T. fit mentio.
28. Gaffius de Apostolo Paulo.
29. Götterus de Obscuritate Epistolae Pauli falsae tributa.
30. Donatus de Potestate singulari vocis Adydeas in Scriptura S. N. T.














⦿ (55) ⦿

gi, quo etiam eorum cœcitas removeamus additum statim Servatoris scopum unge oculos tuos, *ἵνα βλέπῃς*. Vifus hie mentis oculorum cognitionem. Laorâ cœci erant, adhortatur Dominus, n, eoque oculos inungant in expectam ac perfecte clarum iterum adipiscenm illis iterum restituere poffet vifum oientium pectora luce sapientiæ illumitatem contemplandam oculi cordis apem quis ad talia beneficia largienda magis otentior? quam Christus Dominus nom est, qui discussâ omni caligine, cominis mentes nostras imbuit. Vidius hac de re agens l. c. p. 842. Cl. Nunc nil superest, quem ut nostra desinat voto, ut post deperditi ac miadodicenæ status implementum, omnia assilium hoc suave Domini sequantur, a à Christo emant, & possessione eoternam ipsorum salutem gaudeant. Tantum.

Emendandum.

VII. Ubi sententiam Duporti viri græcissimi quidem amplectimur, sed post acexamen relinquimus, cum contrariumntes græci Historiographi. uterpe, seu Lib. Secundo p. 119. Cap. *οἱ δὲ εἰρηνεῖα εἵματα λευκὰ ἐπαναβληθὸν φορέουσι* (vestes lineas) candidas ferunt togas (ami-

ibidem: *Οὐδὲ γὰρ τετῶν τῶν ἐργῶν μετέερινεῖσιν εἵμασιν θαφθῆναι.* Neque enim harucipem, lanceis indutum vestibus sepeliri re-

Rursum

2
2
2
2
29
3